

Hierin fehlten Nr. 1-3
am 10. 4. 1917 Luchter

28.
26

SCRVTINIVM
PHYSICO - MEDICVM
DE
TVSSI EPIDEMICA

INFANTVM CONVVL SIVA
ANNO MDCCLVII
IN DVCATV MEGAPOLITANO
F V R E N T E
RARIS PLANE ET SINGVLARIBVS OBSER-
VATA SYMPTOMATIBVS.

A V C T O R E

C. G. GELLERO.

M. D. P. W.



ROSTOCHII,
APVD IO. CHRIST. KOPPIVM.

MDCLXIII.

85
85

SCRAIJINUM
PHYSIO-MEDICUM
TASSI EPIDEMICA
INFANTUM CONVALESIA
ANNO MDCCLXII
IN DAGATA MEGAPOLITANO
PARIS PLANE ET SINGULARIBVS OBSER-
VATA SYMPTOMATIBVS
AGOTAE
C. G. GEILFERO.



ROSTOCHII
ALD IO. CHRIST. KOPPAMI
IMPRESORI

SERENISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO
DOMINO
F R I D E R I C O

DVCI REGNANTI MEGAPOLITANO
PRINCIPI VETVSTAE GENTIS HENETAE SVE.
RINI ET RACEBURGI COMITI ITEM SVERINENSI
TERRARVM ROSTOCHII ET STARGAR.
DIAE DYNASTAE etc. etc.

PATRIAE PATRI LONGE CLEMENTISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO MEO GRA-
TIOSISSIMO.

Regimen pacatum, et fata vndiquaque prospera,
et ex voto halcidonia.

SERENISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO
DOMINO
ERIDERICO

DACI REGNANTI MEGAPOLITANO
PRINCIPI AVSTRAE GENITIS HENETAE SAE
RINI ET RACCHARI COMITI ITALI SARRENSI
TERRARIA ROSTCHII ET STARGAR
DIE DYNASTAE ETC. ETC.

PATRIAE PATRI LONGE CLEMENTISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO MEO GRA
TIBSISIMO.

Rerum Romanarum, et Romanae Antiquitatis Historiae
et eiusdem Paganorum

SERENISSIME PRINCEPS

DOMINE CLEMENTISSIME

Feruidus innumeris Princeps Serenissime optani ha-
denuis viciibus, tamis, ut Clementias Vestras pro re-
fusis, in animam meam monumentis, cum Cicerone, fe-
memorem omnes beneficis oderint, Serenitatem erga Ve-
stram, subiectissimum et gratitudinis pietate imbutum ani-
mum, opportuna exsaret aliqua, contestandum occasio.
Enim vero Serenitatis Vestrae, riuiulos Gratiae, cuiusque qui-
bus mea aeternitatis satis potum, sedata fuit uberrime,
obturarem Jane in perpetuum, si Clementissimi hatus im-
memor beneficii, ingratissum quem unquam aluit terra,
diutius me gererem ciuem. Quicquid cuiem mens gratissi-
ma, atque omni erga Serenitatem Vestram insincta precari,
usque dum meditata, nil attamen seruorum humillimus ego,
praeter ardentissima Serenitatis Vestrae pro incolumitate ad
Deum suspicio, facultatis ob penuriam, immolare Serenita-
ti Vestrae quiui; quum preces quippe, horrida ad Mauor-
tis repellenda arma *, Murusque aheneus, diuinam ob pec-
cata hominum excandescentiam ferme ruptam, leniendi at-
que mitigandi, munimenta sunt tutissima. Quid enim, Prin-
ceps Serenissime, bellona iam faciente, musa dum bello silet,
lexque opprimatur vi, et laxis virtus bachsenetur habentis,

A 3

(prae-

* Hesekiel XXII. v. 30.

(praefisciri diximus) precibus ardentissimis carius esse poterit? cum arma in armatos sumere iura sinant, precesque et lacrumae arma sint Ecclesiae. Quandoquidem autem et retrocessis ab hinc Iesu per antiqua ex historiarum relatione, Regibus, Principibusque exigua, tenuiaque licet, grato tamen atque pio, de prompta munuscula, peccatore, ima offerre submissione, absonum haud ac incongruum fuerit, haecque uenit quam spreta; nec ego piaculum perpetrasse arbitratus, Serenitati Vestræ munusculum sin hocce chartaceum, vilissimum quamvis ac leuidense, subiectissimo submissimoque animi cultu exhibere et ad Ducale Solium deponere humillime auderem, Tomitaro suffultus solanius.

Vt desint vires tanquam eff laudanda voluntas,
Hac ego contentos auguror esse Deos.
Haec facit ut veniat pauper quoque gratius ad aras
Et placeat caelo, non minus agna bone.

Nisi etenim congenita Serenitatis Vestræ clementia, qua cuncti, dignantur qui coruscum Ducale adire Solium, gratiosissime non solum suscipiuntur, sed et litterarum praepriis studiorumque cultores sufficiuntur atque subleuantur, foret mihi quam notissima, ausibus hisce illiciis quamquam innocuis minime indulsem; Ast gratae huius memoriae solarium, animum adeo excitauit meum, ut Thura mihi quum deficerent, mola salsa et lacte, Patrios placare atque venerari Deos haud perhorrescerem, simulque Serenitati Vestrue publicum hocce et perenne in deuotae mentis tessera ram submississima subiectione erigere monumentum, non reformidarem. Itaque Serenitas Vesta, deuotissimi hoc, gratissimumque animi productum, cernuus quod et deflexis hic offerre poplitibus humillime conor, benignissimo accipiat vultu, clementissime, precor obnixe:

Fauoris umbra me solidi tegat
Seruumque feruet perpetuo suum.

Viue

Vive denique Princeps Serenissime,

Quem referent Musae, viuet dum robora tellus
Dum coelum stellas, dum velit annis aquas!

*Vive in perpetuum, Nestoreos ad usque annos continua,
felicissimi Regiminis gloria, pacisque perenni et tranquillitate
nunquam turbanda, faustus auspiciatusque. Sero et cu-
mulum Teroptimus Maximus Serenitatem Vestram omni-
gena prosperitate sospitem, atque Patriae et subditorum in-
emolumenitum incolumem, omnisque fati immunem, indis-
nenterque expertem, Terque quaterque beatum. Quod ar-
dentissime spirans, humillimoque animi affectu ad urnam
usque vovet,*

*beniam regale nupti conficit occasio; oblate precium
SERENISSIME PRINCEPS*

DOMINE CLEMENTISSIME

SERENITATIS VESTRAE

Dabam Witteburgi Megopolitanorum

A. O. R. MDCLXII.

Primo Nonar. Septembr.

*subiectissimus, fideque obstrictissi-
mus seruus*

D. Carolus Godofredus Geller.

PROPE

Lectori



incunabula. Etiamq; in aliis autem et re-
trocessit ad p. Lectori Philiatru

Regibus. Primumq; dicitur. Quod et S.

V. et O. Regibus. In aliisq; quod et R.

A. et O. Regibus. In aliisq; quod et C.

Haec sit assem ferme L. B. tenui hoc exaratum marte in

publicum transmittere scriptum, sin verba magis

quam materiam publici facere furis curassem. Quum

autem nullibi eiusmodi casum iisdem symptomatiib; fit

patum legere mihi contigit occasio; operae pretium

duxi medicae hunc communicare cohorti, clinicisque

diuulgare Nouaturientibus, habeant ut imposterum, sin

epidemica talis exsurgeret consultua, quam sequi amus-

sim, vestigiaque huius insistere possent. Vale interim,

Lector Benebole, faueque primitis nostris, et si quae ty-

graphica praeter spem irrepere errata, absentia quae

emendare mea nequiuit, correctione lucida non dedi-

gnare.

D. Clotius Gogorius Geitter.

Tegorii

PROOE-



PROOEMIVM.

Duplex esse officium Medici, alterum hominem a doloribus et morbis ac praematura morte liberare, alterum in aegritudinum naturam quibus corpus humanum naturali dispositione obnoxium, omni studio inquirere, hosque iam praesentes summa debellare cura^{a)}, lippis et tonsoribus minime iam ignotum erit. Deplorandum attamen quam maxime ut teste venerando Medicorum antistite^{b)}, vita tantummodo breuis, ars vero longa vastusque adeo et naturae et artis medicae campus sit, ut vniuersam eius emetiri peripheriam, statutae a Creatore aetatis spatium non tantum excedat, sed et^{c)} herculeis annumerandum sit laboribus. Hinc praestantissimi aequae ac eruditii viri, omni laude sunt prosequendi, qui defectum pathologiae, quem antiqua Medicorum propago minime suppleuit annotationibus, propriis partim, partim mutuatis obseruationibus pro artis salutaris incremento quasi compensare symbolaque suam conferre non erubuerint, qua tractu temporis ad nostram usque aetatem scientia medica tantis corroborata et stabilita est fulcris, ut in hanc, sacram ceu in ancoram tuto se reiicere, et omnem in illa collocare spem potis sit. Certe! cuiusque sinceri atque docti Medici, conscientiae qui suae confulere

a) Plutarchus lib. de futil. Iog.

c) Plautus in Pers. act. I. sc. I.

b) Hippocrates lib. I. aphor. I.

¶ ¶ ¶

fulere cupit, munus postulat, ut ad artis diuinae augmentum, et aegrotantium leuamen ac solatium, obseruata^{d)} sua in praxi clinica circa casus haud vulgares consignata, orbi eruditio et saluti publicae communicet. Cum vero Agyrtarum et Medicastrorum vtriusque sexus caterua, horumque incuria et infacia, qui videntur et non sunt, tantumque ad fruges confumere nati, immo in opprobrium artis salutaris adhuc dum publica^{e)} ad decipendos et enecandos homines muniuntur auctoritate, medicationibus suis persaepe sinistris ac peruersis, aliis doctrinibus ansam praeripiunt, circa intricatorum quorundam morborum genium, obseruata sua fingere; dum rebus iam iam clamatis, cum obseruatio et medicina, quae arti haud parum alias affulgere potuissent, nimis fero parari queant, ab aegris, eorumque cognatis accersentur, multa notatu digna ignota manent. Verum o miserae leges quae talia crimina fertis! Vos quibus imperium est, qui mundi frena tenetis, ne tantum tolerate, nefas, hanc tollite pestem; consulite humano generi. Quot nocte dieque horum carnificum culpa mittuntur ad orcum? vel perfecte artem discant, vel non medicantur. Nam si aliae peccant artes, tolerabile certe est: haec vero nisi sit perfecta, est plena pericli, et faeuit tanquam occulta atque domestica pestis. Non multum est igitur tutum, his committere sepe, quorum doctrina est, pretiosa in veste videri. Talis modi etenim Medici integritas nigro simillima cygno est. His commotus rationibus operae pretium duxi de tuis coniul-
fina

d) Confer. Marcell. Palingeri stel-
lat. Zodiac. vit. Lib. V. Leo.


e) Hie sane quadrat Io. Guintherii Andernaci dictum, institutionibus suis anatomicis, ad Medicinae candidatos, insertum, sequentibus: Nec desunt, qui formulis aliquot certis, quas, a nescio quibus, veluti thesaurorum aliquem reconditum accepterunt, communis hominum vitae illudant, omnis artis, ne dicam, Medicinae, imperitissimi, per mor-

tes, vt ait ille, experimenta facientes. Cuius rei cauſam esse puto, nimiam aliarum scholarum facilitatem, quae nobis Doctores Medicos quotidie quam plurimos pariunt, vno tantum die aut altero viros, nulla eruditio ratione habita, tanquam illic, veluti in Parnasso, noctes paucas somniaſe fit abunde. Non enim aliter quam canes e Nilo bibunt, et abeunt in hominum perniciem, tam splendidum titulum confecuti.

sua epidemica anno 1757 aestatis medio saeuiente et infantes octenellos vt plurimum vexante ad praedictorum ememplar quaedam subjungere, et cuncta pro virium robore per epidemicu huius morbi ambitum obseruata sedulo, subnexa medendi methodo a me exhibita fideliter annexere, vt luce sua coruscat, qualis haec tussis indolis, cuiusque naturae, et quibus pharmaciis cito, tuto, atque iucunde profligata fuerit. Faxit Alma Trias vt in nominis diuini gloriam et medentium emolummentum cuncta cedant felieiter.

HISTORIA MORBI.

Anno millesimo septingentesimo quinquagesimo septimo ab exitu Iunii mensis ad Augusti finem usque, maximo fere sub diu caloris aestuui gradu, adspirante circa vesperam aquilonis aura, infantes utriusque sexus diuersaeque aetatis hinc inde conquerebantur primo de capitis dolore grauatiuo, appetitu prostrato, ciborumque nausea, quam vomitus in plerisque aut saltu ad vomendum conatus vice repetita excipiebat, a quo ingesta tam fluida quam solida aut plane eiiciebantur, aut ejectionis horum nifus per integrum morbi decursum reiterans, simulabatur. His pedetentim tussis se associabat siccus ferox tandem, musculorum conuulsionibus stipata. Priusquam vero tussis illa conuulsionia consumatam ageret tragoeidam, non enim ad ferocitatis punctum vice simultanea, sed successiue exagerabatur; infantes febriculam indolis continuae lenem, mox extensam rubentibus genis sentiebant. Incremento statu, tussis in dies euidenter augebatur, et quum initio lenissima existeret, temporis traetu, atrox adeo et indomita exsurgebat, vt respirationis punctum tussiendo, ad horae minutiam usque, et diutius protraheretur, sanguisque simil e natibus profiliaret sinerus. Qua concussionis diurnitate, huiusque remeatu fibrarum muscularium tonus tantopere destruebatur, vt quasi animum despondere et deliquium pati viderentur infantes.



Oculi quorum vasa in sclerotica crux sussusa erant tunica, inversi et fere contorti apparebant, dentium stridor aderat, malaque rubentes inflatae conspiciebantur. Refocillati paulum, vicibus repetitis sternutabant, et ita conuulsionis periodus exantlabatur. Nonnulli tussis ante accessum conuulsuiae, somno obripiebantur, mox appropinquare eadem, expergesci iterum, ad respirationis ferme suppressionem ferociter tussiebant; alii in ipso tussedinis actu, musculares partes conuellebantur, ut epilepticos hos suisse autumas. Reliqui autem tussi refracta ac reposita, tantas clamores, gestusque exprotrahebant, ut humor furtim in genas delaberetur, nec ullo, eiusdem priusquam per vomitum ingestis complacari potuerat modo. Maximum fane aegrotantibus promittebat solamen hocco morbi phoenomenon, non quod improviso, furtim, aut extemplo, nulla interueniente remora, scenam luderet, sed aliquando per horae quadrantis interuallum, mox ocyus, interdum tardius in recursu moram necteret tussis, quo spatio reficerre denuo vires, et resumto quasi virium robore, facta sua de nouo subire poterant. Quod vero praे omnibus dignissimum notatu, cuncti fere nati biennes, aut triennes hoc affectu correpti, finita tussis periodo, tanta cruciabantur fame, ut pane furfuraceo, vilissimoque victu satiari, hostemque compescere cuperent: quae tamen esculentia, reuertente tussi aut paulo post protinus eructabantur. Omnium miserrime pulsiones, praeprimis lactentes anni stadium in aetate nondum decursi, concutiebantur, ut horum plerique varias nervorum vibraciones, immo et ipsam experientur epilepsian. Infra trimestre autem constituti, preferre tussum cruciatus minime apti, fatis plane succumbebant exanimes. Pulsus interea in variuersis velox, aliud aperta in plerisque vero naturali fluidior, lotium absque enaeo remate et hypostasi, luridi erat coloris.

§. I.

Quanquam diuersae tussium reperiantur species, quas practicorum scripta examissim delineauerint, nulla tamen earum magis πολὺ μερική existit, et pluribus stipata symptomatis, quam nostra conuulsuia epidemica. Lerneam propemodum aequa-

aequauit ^f) hydram septies ceruicatam, cui detruncata vna, plures renascabantur, vt ad stantium metus, et medentium moeror non leuis exinde exfusgeret, quibus pharmacis tuto hostis profligari possit: dum vulgarium atque vſitatorum fere omnem medicamentorum illuderet opem, malum hocce. Et cum Empyricorum confilia incassum adhibita fuere, quandoquidem eorum medendi methodus morbum augere magis, quam imminuere videretur, medici vt experti auxilium implorarent, summa omnes coegerit necessitas.

§. II.

Euidem nos minime latet, in retrogressis iam iam aeui nostri annis, haud paucos fuisse viros in arte Machaonia praeclaros, qui in scriptis suis orbi eruditio communicatis, de tuſſi conuulsu infantum epidemica ſparſim meminere ^g) aſt quoniam allegatae illorum historiae a huius constitutione multum mihi deflectere vifae, non inutile fore arbitratus hoc tuſſum heterocliton in praefentibus explanare lineis. Certo nec crambem bis coctam diſquiftione hac euoluta me oppoſuiffe lectoribus, nec Herculis cothurnos infanti adoptaſſe reor, cum fonitica mala ad therapiam ſtabiliendam non ſatis in praxi abunde que explanare poſſint, nec in vlo magis alio, quam hoc praetico negotio, de corio ludatur humano, quod et tueri, et refarcire, ars et ratio medica exigit, ac poſtulat.

B 3

^f) Ouid. Metamorph. IX. v. 69.

^g) Ad horum censum praepřmis referendi ſunt: Fridericus Hoffmannus, ſumimus ille dum viueret Iſtrorum antefignanus in med. rat. fytem. T. II. pag. 70-104. Thomas Sydenhamus in oper. vniu. med. p. m. 304. cel. Meibomius. Valentinus, Kreutermannus, aliique in operibus suis medico-practicis, vel eruditorum vernacula, vel german-

§. III.

norum idiomate conſcriptis. Sic in Commerc. Litterar. Phyſic. technic. Medic. Norimb. sub anno 1732 p. 46. de ſimili fere epidemica infantum tuſſi relatum legitur. Non minus in Ephemerid. N. C. vol. I. obſerv. 162: p. 353. ſqq. eiusmodi infantum tuſſis conſignata. Pariter loh. Schenkius in obſeru. med. lib. II. fol. 258. tuſſis epidemicae conuulfuae, Romae faeuientis mentionem facit.

§. III.

Haud diu igitur in vocabulorum verborumque etymologia aut homonymia enodanda anxius haerebo, nec ad grammaticorum tribunal me compellere patiar, dum cuilibet, limina medicorum duntaxat calcanti, facile innotescet, non verba sed res mihi curae esse, neque illorum rostrum, sed medicorum forum sequi, conducibile magis. Ne autem quis nodum in scirpo quaerere potis sit, antiquo illi trium litterarum tyranno obtemperare, et sparsim quaedam, ad rerum definitionem pertinencia, subnectere fas duxi.

§. IV.

Corpus animale, nervis suis, citharam fidibus ornatam maxime adaequare, iam dudum ostendit Ill. Baco de Verulamio de augment. scient. lib. 4. cap. 2. hinc a iusta nervorum strictura et elasticitate, functionum omnium in mechanismo corporis viui dependet integritas, iustusque partium musculofarum motus, ita, ut quum ea excidat, ac depravata existat, pro diuerso relaxationis aut stricturae gradu, non possint non sensus ac motus aliaeque muscularum functiones et actiones laedi et peruertri^{h)}. Si lamenta enim neruea, quasi ramifications, vbiunque locorum in corporis partibus dispersa, cum truncis nervorum, in uno continuo arctissime cohaerent; hinc elasticitas isthaec crispat, motu quadam concitatori ad nervorum fedem deuelui facile potest, vnde plurimi in partibus muscularis C. H. tremores et rigores, qui conuulsionum nomine in Medicorum scholis insigniuntur, existunt. Confer. Verdries de aquilib. ment. et corp.

§. V.

Est enim conuulsioⁱ⁾ validus, fibrarum et nervorum omnium partim, partim aliquorum, motus tremulus, quo cunctae

h) Vid. M. B. Valentini declam. Panegyr. contin. II. p. 14.

i) Quandoquidem in Hippocratis et Galeni scriptis chirographis nul-

lum innueniatur vocabulum graecum, quod conuulsionis huiusque a spasmo differentiam lucide et distincte exprimere possit, eo deuenit est, vt interpretes graci textus

Etiae ex his conflatae partes in corpore viuo, mediante causa quadam stimulante, aut vellicante, tam ab extra quam intra concitata, ad vibrationem elateris adiunguntur, qua musculi partium, quam membranae musculares, filamentis vndequeaque nervis intertextae, ad stricturae excessum determinantur, et circum tremendo proprium flexionis et expansionis motum reciprocum amittunt, ut fibrae in functione agili tandem retardantur.

§. VI.

Hoc si contingat, epilepsiae proxima existit causa; siquidem motus conuulsius a vera epilepsia non nisi gradu differat. Causa etenim epilepsiae formalis, in durae matris affectione spastica, ad organa sensoria et corporis motoria se extendente consistit. Secus accidit in conuulsionibus: etenim semper nervorum contractio in his obseruatur, verum ea contractio tantum in membranosis et musculosis partibus, aut rectius in harum reticulis nervosis, per illas expansis peragi sentitur, et anima libere absque rationis et intellectus interceptione functiones persoluere potens est: quod vero si dura meninx vexaretur spasmus, neutiquam fieri posset. Sic ego iuuenem ab ecoprotico draftico aliquoties conuulsuum, in actionibus et sermonibus suis, rationis usum lucide manifestantem vidi. Hinc est quod in idiopathicam et sympathicam diuidere soleant epilepsiam, solertissimi pathologiae indagatores. Et licet epilepsiae et conuulsionum causae tam idiopathicae quam symptomatiae multifariae et plane diuersae esse possint, quas hic seorsim allegare, instituti ratio prohibet, omnes tamen in unum quoad effectum collignant punctionem, in durae nempe matris irritacione spastica, et nervorum exiliorum contractione, aut fiet haec a causa externa, aut ab extra communicata, perinde erit, sufficit a causa heterogenea nervos magis vel minus laedi. Sic ex-

inter-

tus vocabula τε σπασμός et τοῦ τεταρτούδεν per conuulsionis et convulsiorum nomina explicant. At error hicce facile extirpari poterit, si explicationi utriusque vocabuli

tales subiungantur conceptus, qui horum differentiam specificam exacte determinare potis sint, summo Medicorum Apolline Boerhaui, et celeb. Iunckero, affidentibus.



intercepto sanguine circulo progressiuo spasmos oriri plus simplici vice in brutis obseruauimus, quum cute denudata, arteria axillaris firmiter ipsis deligata fuerit.

§. VII.

Spasmus autem nil nisi fibrarum muscularium adactus et plus iusto expansus est tonus sive elater, quo musculi artuum praecipue vel ex toto vel ex parte, vna cum membris, quibus mouendis destinati, rigide expanduntur, et in hac rigiditate cum doloris exquisitioris sensu, et mobilitate remorante, aliquamdiu, donec causa materialis, quae ut plurimum in humorum spissitudine, statu, plethora, aut particulis heterogeneis acribus, sanguinis massae se associantibus latet, euanescat, detineantur. Interim tamen non negandum, fibras, neruosque corporis vivi, iniuriam expansionisque stimulum et ab extra pati posse.

§. VIII.

Cum ergo neruorum vibratio, aut rectius horum motus tremulus conuulsionum formale constitutus (§. V.) musculosae autem partes ex meris fibris, neruis intertextis constent, qui ex reiterata vibratione validiori, fibras, vi elateris connati, ad rigiditatem disponere possunt, (§. VII.) sequitur, quod conuulsiones saepenumero spasmos concomitari queant, si tremulus neruorum motus excessiue continuet, et ad horum extremitates in musculis extensas pertingat. Quibus exluculenter patet, spasmos, conuulsiones, immo ipsam epilepsiam cognationis vinculo esse iunctos, et secundum mechanismi leges a summo Conditore constitutas, tanquam maius et minus a se inuicem discrepare saltim.

§. IX.

Prioribus ergo rite enucleatis, conuulsione tussis definitio nem hic subnectere haud difficile erit. Namque tussis conuulsiva est thoracis violenta et grauissima concusio, per interualla repetita, a fibrarum neruearum musculis intertextarum (§. praeced.) vibratione validiori, elaterem tonicum expandente et ad rigiditatem disponente, concitata, qua fit, ut muscularum actio intercostalium ac pectoralium reciproca, cessare, atque respirationis negotium plane subfistere videatur.

§. X.

§. X.

Quodsi iam membratim affectus nostri historiam ad rationis incudem revocare, et ex principiis tam physicis quam medicis enodare allata maxime sit conducibile ut a priori reddantur probabiliora, et radiorum solis instar in vnum veritatis colliment fucum: expedit attamen, vt praemoneam, tussim hancce conuulsiuam fuisse epidemicam, et non in ciuitate solummodo Wittenburgensi, sed et in confinibus oppidis, vrbibus, pagis, atque locis, circiter viginti milliarium ambitum, strages suas exercuisse; et similibus fere, vti relatum vndique accepimus, stipatam fuisse symptomatibus, vt nullum haereat dubium ad ordinariam tussium classem minime esse referendam: dum eiusmodi tussium speciem epidemice graffantem, quam hanc a nobis traditam nullibi annotatam legimus. Quemadmodum folius ego quadraginta diuersae aetatis infantes curae meae traditos, limibus omnes, iisdemque fere symptomatibus vexatos computavi, quamuis non extra hypocaufi pomoeria meaueant. Evidem annotationibus meis practicis memoriae proditum reperii, tussim ferinam conuulsionibus stipatam anno 1747 hic loci et in confinibus sporadicce se extentasse; quum vero symptomata eius a nostra iam consignata longe aliena, ac mitiora, indolemque morbi obseruauerim benignorem, de illa prolixius differere superfluum duco. Interim Medici Londinenes, conuulsiuam quoque tussim ibi perfurentem, et quadraginta nichemeras durantem, ac fere quotannis regerminantem confignarunt, quo ad caufam tamen et symptomata, hanc, a nostra multum deflectere, et carbonum bi tuminosorum, in larga sat quantitate ibidem conflagratorum exhalationibus priuicia sua debere, certis autoribus compertum habemus.

§. XI.

Neminem non medicorum facile mihi suffragari, inter tot tantosque tussium species (§. I.) hocce heterocliton in historia morbi praecedenti fusius explanatum, quotquot in foro pratico extant, multum constitutione discedere, et quoad caufam, effectum et symptomata toties quoties deflectere, certo mihi polliceri possum. Si enim cunctas, quos pathologia in finu fo-

C

vet



vet tussium species per partes exponeremus, nulla omnium cum nostra epidemica ex toto conuenire patebit. Iam quasdam, solum fere infantibus vulgares, in medium proferre, atque harum statum penitus examinare, huncque cum nostra proposita conciliare lubet, quo omnium discrimen sole clarius elucescat. Has inter nobis primo occurrit.

§. XII.

Tussis humida, fusionibus ac infantibus primae aetatis maxime familiaris, a serosis versus pectus orta congestionibus, cum fibilosa quandoque respiratione, et materiae glutino vi scide ex screatione contingere solet; et quanquam a Coryza intempestivae reuocata, aut suffumigatione praecepsit anter adhibita ortum trahat, plerumque tamen a membrorum et partium internarum refrigeratione, vel ab aere, potu, aut lacte in nutritium mammis gelu constrictis, aut a fasciis atque stragulis mixtū madidis, concitata, enascitur, ac omnis expers convulsionis, leui negotio, demulcentibus, epiceraisticisque rite administratis, lenissimis subiunctis eckopricis debellatur.

§. XIII.

Tussis sicca germanis der Schaffusten, vel a bronchiorum tibillatione, vel a fibrarumin pulmonibus nerposarum irritatio natales suos dicens, materiam saepenumero biliofam aut serum acre pro causa agnoscit, quandoque tamen ex metastasi ut symptomatica reputatur absque ullius materiae electione. Interim tamen ex quacunque etiam oriatur causa, et infantes miserrime infestet, nulla actutum Medicorum prostant obseruata hanc conuulsiones habuisse comitem, nisi peruersa ex medela in febrinam degenerauerit. Enim vero et in adultis, hanc, suos quoque exercere manes, et ab organorum formatione per versa, vel a tophis in pulmonum substantia subsistentibus pro venire obseruamus, aut heclicae consumatae colophonem imponere attentis contemplamur oculis; quum vero in tussis siccae causas diuerfas, quae prouectioris aetatis subiectis obuenire potis sunt, hic loci ex professo inquire nostrum non erit, cum de affectu quodam infantibus duntaxat congruo nobis sermo

mo sit; neque integrum tussis siccae pathologiam hic adumbrare, sed huius tantum cum nostra epidemica conciliare differentiam animum induxerimus, Benev. Lect. ad practicorum scripta demittimus.

§. XIV.

Alia adhuc tussis quaedam sicca post pastum solummodo irruens, infantes interdum cruciat, et sub nomine der Magen-husten, hypochondri acorum aut hysteriarum tussi, qui eiusmodi post prandium aut coenam quandoque experiuntur, haud absimilis, in praxi clinica non raro occurrit. Cum vero posterior ex abdominis paranchymatum obstructione vel infarctu, aut glandularum meseraicarum oppilatione; prior vero ab assuntis infantum cibis minus proficuis, aut abundanter praebitis oriatur, in essentialibus equidem non vero in materialibus vtraque concordat. Euenit nempe perfaepse, ut nutricum lac acefcat, aut salinis impreagnatum sit particulis, vel nimia in adultioribus et noxia ciborum ingluies ansam huic suppeditet. Si enim ex lacte, tanquam nutrimenti corruptione, aut ab ingeritis noxiae qualitatibus superfluis, digestio redartetur, gastricus liquor depravetur, superius ventriculi orificium maxime sensibile, ob nervorum par octauum ibidem transcendens, et ex horum consensu diaphragma, tanquam pulmonum atlas et fulcimentum exinde vellicantur: hinc fit, ut pulmonum lobii concidentur atque concurvantur, quae concusso repetita, cum ejectionem materiae cuiusdam, actu non praesentem intendat, tussis sicca audit. Quanquam vero sat molesta pustulibus sit haec tussium species, minime tamen conuulsionibus stipatur, atque leui diaeteticorum ordinatione, interpositis quan-doce cataractis, blandisue anodynis profligari poterit.

§. XV.

Tussis infantum ferina, claudicosa, quintana etiam dicta vulgo der Rinkhusten, ab antecedenti tantum gradu et diuturnitate differens, tenellis infensissima, varias agnoscit causas, et in idiopathicam vel symptomaticam distingui solet, vid. Willius de morb. convul. c. 12. Prior immediate pulmonum substantiam inuadit, et a causa heterogenea membranam nerveam



veam actu vellucante oritur. Huis exemplar in Anglia et speciatam Londini ab exhalationibus carbonum fossiliorum sulphureis obseruatur, (§. X.) ac Chincough appellatur, ibidemque ut morbus reputatur endemius. Nec minus et metalliculae omnesque illi, qui in metalli fodiinis, ab atomis saturninis, vitriolicis et mercurialibus crudis, dum laboribus suis fodiendo incumbunt, sat frequenter similem experintur. Posterior autem ex nerorum consensu et sympathia respirationis flabelium mediate irritat atque distendit, et in omnibus fere morbis ex an thematicis, scarlatina, purpura, morbillis, variolis, achoribusque retropulsis aut scabie viraque retracta praesto est, ac ad nostrae censum minime pertinet: dum sublato atque superato morbo exanthematico, a quo per materiae metalescas versus peccus oriebatur, quandoque facile aut sponte illa cessat, aut leuibus ecoproticis domatur.

§. XVI.

His quoque asthmatica puerorum tussis annumerari poterit, quae morbillos interdum et achores sinistro sanatos regimine superuenire solet. Ast cum ad symptomaticorum censem reputetur, nil nostra refert. Nec incongruum videbitur illam tussis speciem huc referre, quae atrophicis aut vermium insultibus vexatis, obtingere quandoque sive in infantibus; ast quoniam haec ut merum praecedentis morbi symptoma considerandum, nec alii nisi ad atrophiae medelam directis specificis, aut ad vermium internacionem appropriatis anthelmiticis auferenda, lectorem benevolum eapropter ad D. Dolaei Encyclopedia medic. lib. VI. cap. XII. allegamus.

§. XVII.

Accidit quandoque ut et infantes pleuritide aut peripneumonia corripiantur, licet hi affectus secundae aetati magis sint familiares. Quem vero practicorum latet, hos plerumque morbos tussim sicciam, tanquam signum pathognomonicum habere pedissequam, quam dolor lateris punctorius excipere consuevit. Haec vero symptomata quanquam adultis sint familiaria; attamen et infantibus paria obtingere experimur, dum tuf-

tussiendo adeo ex dolore lancinante inflammatorio cruciantur miserrime, ut et conuulsionibus, quae mortem facilime concitare potis sunt, se dare praecepites teneantur. Quicquid vero deplorandum inuoluat haec tussium species, nec leui non infantes strage fatiget; minime attamen ordini, conuulsuiae nostrae accenferi poterit vtraque, cum tanquam morbi symptoma in conspectum veniat, quod febribus inflammatoriis haud raro sociabile obseruatur.

§. XVIII.

Reliquae tussium species ut phthysica pulmonalis, arthritica haemoptoica, aliaeque, cum primae infantum aetati fere nunquam, aut certe sat raro obuenire obseruamus, vltiori non indigent examine, cum id, quod de his fari poterit ad adulorum magis quam infantum spectet morbos, nec non praticorum scripta sat superque illarum causas, symptomata et medelam pertractauerint. Missas igitur has facere, quam multo verborum anfractu crambeis bis coctam opponere lubet: cum de recenfis tussium speciebus vt pote aetati infantili non congruis maxima scriptorum ceterua nobis adstipulatur, quandoquidem morbis potius secundae et tertiae aetati familiaribus annumerentur; quanquam phthysica pulmonalis *κατ εξοχην* sive dicta sub nostro climate pareissime occurrat, et atrophia consumata, a plerisque practicis pro phthysi venditari soleat falso.

§. XIX.

Licet vero §. II. varia, de tussi conuulsu in praticorum scriptis paſſim obvia mentionem fecerimus, ex allegatis attamen quaedam de conuulsu tussi hic in medium proferre non displicebit, vt ex huius cum nostra comparatione vtriusque appareat differentia, et fonticum illud in conuulsu nostra obseruatum cuiilibet innotescat. Sic D. D. Hagedorn ^{k)} tussis convulsuiae in infante obseruatae exemplum recenset, in quo sub respiratione sternum adeo compressum est vifum, vt regio epigastrica penes cartilaginem enfi formem adeo coarctaretur, vt foueam amplam pomum sat magnum in se recipientem, cel-

C 3

fante

^{k)} In hist. med. phys. cent. II. histor. XC.



sante conuulsione vero iterum euanescentem praesentaret. Nihil obseruatis retulit. Pariter D. D. Willisius ¹⁾. Conuulsiae tussis cum proxime recensita in omnibus conformis, praeterquam ad exitum morbi exanthemata quedam cutis exhibentis casum memoriae prodidit. Simili modo D. Mercatus ²⁾ et D. D. Etmüller ³⁾ aliique celebres pathologiae medicae scrutatores in scriptis suis orbi eruditio haud incognitis, tussis convulsuæ nullis attamen nisi vulgaribus stipatae symptomatibus meminerunt, vti omnes videre queunt, qui ex illorum fontibus bibere satagunt: quum autem nil peculiare, nisi quod rotundie in conuulsionibus occurrit de sua annotarunt tussi, B. Leet. ad eorum scripta ablegamus. Evidem et centum alia tussis conuulsuæ exempla a praestantissimis tum praeteriti tum nostri saeculi Medicis consignata in medium proferre non difficile foret, si tempori et papyro parcere ac lectoris patientiae favore haud placaret; cui certe obseruationibus de tussi conuulsuæ vndeque recensitis et hac in pagina allegandis, nauseam mouerem, si nihil quod nostra cum tussi comparari possit singulare ex his notare possem. Frustraneo igitur labore hoc supercedere, et ad eruendas tussis nostræ causas me accingere, quam futilia tractando oleum et operam perdere necesse erit.

§. XX.

In causam igitur tussis conuulsuæ epidemice graffatae si penitus inquiramus, hanc in atmosphaera latitas nostra perspectum erit. Nec lubrico superstructam fundamento hanc esse fententiam autem, quum extra omnem contradictionis aleam iam positum, et a plurimis tam physicis quam medicis philosophis ad lucidum euictum est, cunctos fere morbos epidemicos, materiam quandam summe agilem seu volatilē, vel acidam, aut salino sulphuream ⁴⁾, quam vitriolicam et mercuriale dixeris, mixtione humorum corporis viui plane heterogeneam

1) De morbis conuulsuis cap. XII.
2) De morbis pueror. cap. VIII.
3) In valetud. infantil. cap. I. §.
26. item Riuierus cent. I. obser-
vat. 55.

o) Sed magis hoc specandum nobis occurrit illud contagium, quod ab acri aliquo aëri immixto fit, siue illud fuerit acidum: metallicum, siue alcali putredinofum.

geneam, tanquam causam agnoscere, quae per inspirationem momentaneam non tantum ad pulmones deferatur, sed et in ore saliuæ intime admixta, per oesophagum ad ventriculum transeat, ibique membranam bronchiorum nerueam vellicando partim, partim orificium superius quo cardia appellatur irritando, modo tufas ferinas et convulsiuas, modo vomitus enormes producat.

§. XXI.

Evidem permulti philiatrorum existunt, qui veterum sententiae, materiam in atmosphaera retentam^{p)} volatilem ceu actinam, per poros corporis viui cutaneos transire, humoribus ibidem admisceri posse suffragantur; testibus I. B. Helmontio, in tumulo pestis, aliquis magis attamen veritati et experientias congruum mihi videtur statuere, huiusmodi maxima licet actinum, per inhalationem et saliuæ admixtionem, circuli solummodo progressi ope, quam solidis tam fluidis partibus deglutiendo communicari. Assentiente praeccl. D. I. F. Schreibero in tractat. de peste obseruat. VII. consecutar. X. Innotuit hoc inter reliqua Gedanensis tempore pestis anno 1709 exortae, quum Medici pariter ac Chirurgi peste demortuos cultro dissecantes anatomico, horumque interiora manibus digitisque rimantes, fin mephitis cum saliuæ mixtionem prophylactis probe muniti praeuerterint, praeter pustulas a materia pestifera in cute erosas, hac labe immanes, nil quicquam danni sentierint. Quod et Parens meus *wv ἐν αγασι* exemplo suo comprobauit.

§. XXII.


Sic celeberrimus quandam Angliae fidus Medicorum Podalirius Tompsonius^{q)} *duorum historiam de iuuene Londiniensi peste anno 1665 demortuo*, ac propria manu a se disse-

Vt ergo dixi aerem primo corrumpere esse, hinc correptus tali peste, accepto iniuncte per pulmones acri, saepe quoque per ventriculum horret primo Lindstolpe lib. de venenis cap. XVI. confer. Caroli

Musitani chirurgische und physische Wagtschale II. Theil cap. IX. pag. m. 35.

p) Vid. Ionston. synt. med. Pr. lib. I. tit. I. cap. I.

q) Vid. act. Med. Londin.



cto sat raram atque notatu dignam recenset, qua nisi per materiae pestiferae inspirationem, et contagii saliuae admixti deglutionem ipse infectus, alias lue hac pesti fera liber euasisset. Huic sententiae praedictus D. Schreiberus adstipulatur comprobatus opinionem chirurgi cuiusdam exemplo, scalpellum pestiferum delambentis obferuat. VII. Ex quo eluet particulas pestilentes aeris vehiculo attractas atque deglutitas, virus suum toti communicasse corporis peripheriae. Quod et rerum pathologicarum annales de peste diuturna ^{r)} item de illa ^{s)} in Polonia graffata, nec non de Bernensi ^{t)} saeuiente et paulo post ^{u)} totam fere Germaniam inundante, de magna ^{v)} Viennensi et furente Londinenfi ^{w)} fulgidissimo Sydenhamo teste, et tandem de Dantiscana ^{x)} affirmant.

§. XXIII.

Nemini itaque de pestis contagio perpendenti antecedentia, dubium haeredit, aërem omnium miasmatum esse vehiculum. Quodsi vero de prolatorum veritate quisquam adhuc dum anxius titubaret, Christianum Warlizium ^{y)} Wittenbergense Decus adeat, ibique reperiet a veritatis tramite me non deflexisse. Audiamus ipsissima eius verba fat docte pronunciata: aér proinde receptaculum est vniuersale miasmatum, atomorum subtilium et peregrinarum, illo viuimus, illo morimur. Volitat quasi mors in aëre, vt breui haustu corruat corporis moles. Tacemus apoplexiā non raro ab hoc fonte obortam, febres omnis generis, dysenteriam, pestem, et stragam publicam in morbis epidemiis inde oriundam, vt quotidie id experimur. Quis enim omnes enarrare velit vel ab aëre solum impuro, intemperato, prauo, contagioso, vitae et sanitati oriundas iniurias? --- quis ignorat ob aëris statum, imprimis circa veris et autumni initium redire plerumque paroxysmos

r) Anno 1580 et 1581. (et Casp.
Bravo de sobremonte Tyrocin. pract.

p. 381.)

s) Anno 1622.

t) Anno 1629.

u) Anno 1634.

v) Anno 1655.

w) Anno 1665.

x) Anno 1709.

y) In tract. de morbis biblicis,

cap. de aëre.

roxyfinos podograe, dum pori occluduntur, et libera transpiratio sufflaminatur. Hinc thesis nostra, tussis conuulsuac proponens causam, firmo semper stabit talo hanc in aere substituisse atque fluctuasse²⁾.

§. XXIV.

Enim vero si praeteritorum temporum monumenta inuestigemus, et illustres omnis aevi medicos huic subscriptissae sententiae comperimus. Ita medicorum proauus Hippocrates cunctos fere ab aere morbos oriri solum existimat, propter respirationis fatum, quo sine nulli viuere concessum est, et enim in libro eius de flatibus sequentia leguntur: Mortalibus aer vitae et morborum aegrotis solus is est autor. Et praedictus Warliuzius³⁾ nonnulla quoque de aere contagioso ac inquinato ad scopum nostrum maxime proficia adducit, sequentibus: aëris humidus per aquosos atomos ad putredinem et catarrhos v.g. ad pleuritidem, coryzam, bronchum et fluxus ventris humores disponit. Porro nebulosus pabulum est materiae fucco nervo inimicae. Ex immodica vero ipsius caliditate febres accendi, saepius experientia docet, aut si alia labe scatet, aliorum malorum exsilit auctor. --- Interdum respiratio fit difficilis, vbi a cellulis pulmonum angustatis, et ramis asperae arteriae obstructis, aëris sufficiens ingressus impeditur, aut plane tollitur vt in astmathe et catarrho suffocariuo, ordinarie enim aëris, pulmonibus concepti beneficio, sanguis fit mobilior. --- Vapores namque crassi dum maiori copia in pulmones mediante respiratione penetrant, illico crassitie sua broncheas seu tracheas oppilant, vt nec ipsi per thoracis compressionem iterum eiici, nec aëris particulae respirationi inferuentes subintrare queant, vnde mox sanguinis in corde, quippe debito motu atque impulsu destituti oritur inspissatio, quam sequitur lipothymia et strangulatio. --- Nonnunquam etiam aëris variis effluviis mineralibus inquinatus, praefertim erodentibus et scindentibus

²⁾ Confer. prael. D. I. F. Schreiberi tract. de peste obseruat. V. vbi illustrationis loco e Dimerbrocii tractatu de peste et Helmontii de

Meteoris nonnulla adserit exempla, quae et in Consectar. 3. et 4. eiusdem obseruationis corroborantur.

³⁾ Ibid. l. c. p. m. 30. 31. 32. 33.



tibus, pulmonum substantiam laedit, atque arrodit, vt inde facile exulcerationes, aliaeque pulmonum corruptiones sanguisue extrausationes nascantur. --- Haeret enim in sinuoso pulmonum parenchymatis anfractu, et difficultatem spirandi parit, tetroque suo odore mala multa creat. --- Inter omnia igitur elementa nullum citius faciliusque corruptioni ac putredini ob noxium est quam aer; hic variis inquinamentis conspersus et ab homine per inspirationem attractus, facile illum inficere potest. --- Dum ergo in aere tot et diversa occurruunt effluvia noxia, quae singulis inspirationibus attrahuntur, facile patet, quantopere corpora actioni effluviorum sint exposita. Ut summatim loquar: aei miasmatibus, vaporibus venenosis, putridis subterraneis, aliisque refertus, per os et nares attractus, ad pulmones missus, sanguinique ibidem commixtus, iisdem quas vehit ideis sanguinem sigillat, quod sanguinis vitium omnium ferme maximum et periculosisimum est. Hinc et sua prima stamina ducunt morbi endemii et epidemicci. --- Huc vel que Warlicius.

§. XXV.

Sunt equidem physicorum nonnulli, aeris qualitatemnoxiam non ad morborum productionem sed tantum dispositionem aliquid conferre statuentes, quos inter doctissimus Sydenhamus^{b)} assentientium spartam suscipere conatur; quum vero huius opinio tot tantorumque sat inclitorum in orbe medico virorum experientiae contrariari videtur, ad stipulari eius sententiae minime possumus. Sic celeberrimus Sennertus^{c)} Boerhaauius^{d)} Becherus^{e)} Hoffmannus^{f)} Reinefius^{g)} Dethardinius^{h)} Lancifusⁱ⁾ aliquie, experientia sua sat dudum euice-

b) Vid. eius opera vniuersa^{a)} p. 227 et 649.

c) Tract. de febrib. I. 6. c. 2.

d) Vid. eius Chemia tom. I. p. 483.

e) In Physic. subterr. lib. I. Sect. V. cap. I. N. 17.

f) In seiner Anleitung vor Krankheiten sich zu bewahren tom. I. §. 6.

g) Vid. eius schola iureconsul-torum medica p. 116.

h) In dissertat. de sulphure bezoardico Rostochii habita.

i) In tractat. de noxis paludum effluviis, item in tract. de subterraneis mortibus lib. I. c. 6. §. 15. conferatur etiam Ioh. Zach. Plättnerus,

Prof. Lipsi in disquisit. de morbis ex immundicie ortis p. 16. item in Program. de pestiferis aquarum putrefact. exspirationibus.

runt, aërem particulas heterogeneas noxasque in sinu souere suo, fertilemque multorum matrem esse morborum. Sed quid diutius impuri aëris noxas in corpus humanum probare moramur, cum aëris in quo viuimus quoque nutrimur, et qui respectu nostri salubris audit qualitas, non vulneribus capitis tantum, sed cunctis reliquis in corpore obuiis, damnum inferat.^{k)} Quantum enim aér particulis balsamicis ac analepticis refertus proficit, tantum is particulis mercurialibus et arsenicalibus imprægnatus corpori humano obest. Quid ergo mirandum si a celebre Boerhaavia^{l)} relatum legimus, aërem mercurii atomis repletum corpori viuo ptyalismum excitasse, aequa ac fulgidissimus Thompsorius^{m)} eosdem quam ab assumto arsenico effectus in demortuis se obseruasse pestis tempore retulit. Nec silentio praetereundum aërem in America adeo esse efficacem atque rodentem, vt omnia fere metalla confumat, ex quibus colligi poterit aërem præ omnibus ad recipienda miasmata aptissimum esse elementum.

§. XXVI.

Cum ergo ex mente Anaximenis aër omnium rerum principium primum existat, nec obscure in apicum venient aëris balsamici effectus stupendi in corpus humanum, simil ac eius qualitates noxias, harumque efficaciam in praecedentibus sat abunde explicauerimus, vt ex contrariarum assimilatione eluiscat, pro atomorum receptione diuersa, aërem vel prodeesse vel corpori viuo nocere posse. Sic historiae nauticaeⁿ⁾ referunt: eo tempore quo cinamomum maxime floret in Ceylano, insulam tantam odoris fragrantiam spargere, vt ea ad centum millaria intra altum mare, non sine debilitatae sanitatis restauratione, deferentis venti beneficio percipiatur. Quod idem in Moluccis contingit, in quibus ventus odorem Caryophyllorum

D 2

ad

k) Vid. Act. Erud. Noua, quae Lips. publicantur Suppl. I. p. 272. item Paraeus lib. X. cap. 8. et G. Fabric. Hildan. obseruat. et Curat. cent. II.

l) Boerhau. Chem. tom. I. p. 492.

m) Vid. Act. Erudit. Londin. sub eod. anno 1665.

n) Vid. Rich. Blomsius et Walth. Schultz in der ostindianischen Reisebeschreibung p. m. 187.

ad complura millaria praesertim tranquillo tempore deportat. Non minus fragantiam quoque e malorum citrorum aurantiumque floribus ex Galliae provincia praeternauigantes per quinquaginta millaria persentisunt, testibus ^{o)} rerum exoticarum scriptoribus.

§. XVII.

Quodsi vterius in aëris salubritatem inquiramus reperiemus multa præ aliis loca ob aethrae ambientis prosperitatem modo longaeuitati medicamina modo morborum aysla certaque antidota, immo promptissimam euadere Panaceam. Sic relatum legimus: in insula Prouidentia dista ultra centesimum incolas vivere annum, aequæ ac in Helena insula moribundos ac pene conclamatos aegros, si in illam transferuntur, ad vivum reconualescere ac restaurare, quandoquidem et de Caribis legitur insulis, hos suos incolas maxima dotare longaeuitate. Nec incognitum erit magni tempore Galeni artis peritos ad montem Tabras ^{p)} inter Surrentum et Neapolim in Campaniac parte maritima situm, maxima cum euphoriam phthysicos ablegasse. Neque aëris ^{q)} Tabritanus eruditis ignotus erit medicis ob efficaciam et virtutem omnis generis febres radicitas extirpandi. Sed quid in enarrandis locis ob aëris salubritatem haud paucis notis diutius morabor, cum quilibet ex allatis conficeret, qualitatæ aëris in vitam ac sanitatem aequæ ac mortem imperium concedendum. Non inepte ergo ^{r)} Hippocrates suscit: in morbis longis vertere solum esse optimum, et Erotiani consilium non flocci pendendum: mutationem loci in morbis salutiferam, et migrationem interdum medicinam esse. Cui et Aui-

^{o)} Vid. Franc. Leguat in der Reiße nach jzey unbewohnten Inseln p. m. 55.

^{p)} Caiiodorus lib. XI. cap. X.

^{q)} Tebris vel Tabris, vrbs olim Ecbatana, iam Europæis Tauris dicta, Persis subdita, tanta gaudet aëris salubritate, vt febribus afficti hanc adeuntes confessim restituan-

tur, ea propter hoc oppidum Persarum secundum effatum Tebris vel Tabris nomen sortitum. Teb enim ipfis febrem, et Ris, effundere denotat, quan febricitantes ibidem materiaj febrilem in auras effundere potis sint. vid. Ad. Olearius in seter persianischen Reisebeschreibung l. 5. c. 7.

^{r)} Lib. IV. epidem. Seßt. V.

Auicenna et celebr. Hoffmannus i) subscribunt sententiae, quum opinantur: ex generibus medicationum mutationem de terra ad terram et de aëre ad aërem esse optimam.

§. XXVIII.

Cum porro ex mente illi Boylii nullum corpus porosum aëre sit vacuum, isque aër ex recentiorum obseruationibus motu semper aliquo gaudeat elatico.¹⁾ Hoc motu expansio autem atque intellino, iugiter aliquid, licet valde exile e corporibus auferatur sit exinde, vt nullum non corpus halitus tenues perenni effluxu expiret; ex quorum varietate, varias consequitur qualitates, et differentes alterationes atque mutationes sibit aër atmosphaericus, vt modo sit acris, venenatus, contagiusque repletus, modo balsamicus et salubris. Cum vero sub aequali solis aëstu effluvia licet haec nocuia adeo rarefaciantur²⁾ atque expandantur, vt in subtilissimas abeant atomos, ac ferme dissipentur, secundumque gravitatis leges contrarias sursum devoluantur; attamen existente paulo post frigore condensantur, in atmosphaera vt haereant compactioraque evadant, ex qua tandem non sine corporis viui detimento praecipitantur, et per inspirationem attrahuntur.

§. XXIX.

Nemo itaque prorsus adeo vefanus erit, qui tussim epidemicam hanc conuulsiam pari fato ortam negaverit, cum non solum huius possibilitem sed et veritatem asserti rationibus et obseruationibus sat validis exploratam luculenter dederimus.³⁾ Nec obstat haud omnibus paria contigisse fata infantibus, aliquosque immunes equalisse, quum et ipsa faciente peste, tanquam morbo maxime epidemicō, quosdam huius contagii plane expertes, Clinici obseruauerint. Non enim vniuersale conta-

D 3 gium

s) In dissertat. de peregrinat. sanitat. causa instituta.

t) Vid. Ioseph. a Costa in hist. Indiae occid. l. 3. c. 9. item Varenius Geogr. general. l. I. c. 19. Prop. 41.

v) Boerhaave Chem. tom. I. p.

456.

x) §. XXIV. XXV. XXVI. et
XXVII.



giūm¹⁾) ast tantum pro humorū qualitate, et corporū viuōrum dispositione actuum datur.

§. XXX.

Neque vlli rerum naturalium scrutatori sedulo, hac de nostra hypothesi vterius haerebit dubium, si modo reuoluat animo, quot millia hominum praedicto anno, non solum in nostris, sed et propinquarum oris in ipsa aetatis periodo, febribus acutis correpti fata persoluere. Quale phoenomenon in consuetum nulli causae nisi aëris inquinamento miasmatico tribuendum censeo, cum intra duorum mensium terminum bis centum homines et ultra febribus phreniticis, paraphreniticis, aliisque indolis acutae affectibus, quos inter aliqui haud proletariae fortis fuere, laborauerint. Ex quo colligi poterit, causam harum procatardicam, contagium quoddam fuisse in aëre fluctuans.

§. XXXI.

Priusquam vero medendi ad methodum mentem animumque aduertamus, praemissarum status postulat, vt ablegatam morbi historiam pro eruenda veritate membratim enodemus, ne nostram praecipiti fulcro niti thesin quis opinetur. Siquidem ingenii foetus talismodi ratione et experientia haud satis maturatus faciliter abortiatur negotio necesse est. Enim vero nihil hodienum in arte medica veritatis speciem affequitur, naturae ac motuum legibus haud consonum et analogum quod existit. Sapientissimus quandoquidem naturae conditor, corporis nostri machinam admodum artifice et prouide confruxit, vt certis effectibus adaequati respondeant motus, ²⁾ fit et amicus Plato seu Socrates, magis tamen amica erit veritas. Tenui etenim Minerua veritatis absque et consensu suffragio producta proles, eruditorum clientelam illico perdit et ad Proseuchen nimis cito profligatur, dum scholasticorum dicterium *avros ἔφα* e medicorum philosophantium foro diu satis eliminatum.

§. XXXII.

y) Becher in phys. subterr. lib. I. Sect. IV. item Ioh. Mar. Lancisius de subitanis mortibus lib. I. cap. 6. §. VI.

z) Vid. Illustr. Werlhofius in tract. de febribus p. m. 313. lit. C. in not.

§. XXXII.

Cum ergo corpus humanum medicæ existat subiectum artis hocque vel ex partibus fluidis vel solidis a summo conditore, secundum leges motus mechanice sit concinnatum, et Medicus ut peritus artifex, in huius aut conseruatione aut restauratione (§. II.) omnem intendere openi necesse habeat, nostræ contemplationi dignum iudicamus, inquirere in facultates causae efficienes^{a)} quomodo nempe inquinatus æt atmosphaericus in solidas et fluidas corporis agere partes, in partibus conuulsuam hanc tussim excitare poterit, cum abs que causa impulsiua, nulli vñquam in naturalibus producantur effectus, omnisque e causa sua, tanquam a corpore denso, umbra, oriatur effectus.

§. XXXIII.

Ad partes solidas maxime referuntur fibrae, simplicissima diverso fili instar tractu, protensa entia, ad reliquarum partium constructionem substituta, nec non nerui, membranae, tunicae, ligamenta, ossa, cartilagine, musculi, glandulae, tendines, vasa sanguifera, lymphatica, atque lactea. Partibus fluidis autem præcipue annumerantur: sanguis, lympha, serum, sudor, lotium, chylus, fluidum nerueum, faliua, luceus pancreaticus, bilis, et complures alii humores, per vasa cuique secretionis negotio dicata, e sanguine separati.

§. XXXIV.

Partes solidae in genere filamentis nerueis intertextae sunt (§. V.). Cuncti nerui sensu exquisito, et imobilitate tam extensiu, quam contractiu reciprocā, quæ elasticitas nuncupatur, gaudent (§. VII.). Iusta eorum rigiditas tonus, horum que

a) Quoniam Physici officium exigit, non proximas sed primordiales atque efficienes morborum eruere causas, hocque in negotio a Medico clinico is multum differre debeat; pace III. Boerhaui nostrum hic erit, a primordiali, siue proeu-

gumenia non a proxima tussis convulsuæ causa, effectum deducere. Physici etenim est explorare, Clinici autem curare, hoc est: causam morbi tollere proximam. vid. Boerhau, instit. 28.



que vero infirmitas ac debilitas atonia seu laxitas nuncupatur. Vtralibet harum tam ad aequalem sanguinis progressum, quam ad humorum secretionem multum confert, ita ut labefactato aut relaxato tono, torpide per vasa sanguis circulet, mucescat, atque secretionis vasa oppilando, humorum secretionem turbet, nimis autem constricto^{b)} sanguinis circuitum iusto quam par est modo acceleret, huncque ad vasa arteriarum capillaria destrudat, eoque inturgescat vel plane dilaceret, sicque non solum humorum stases procreet, sed et ipsam impedit secretionem, ac prohibeat.

§. XXXV.

Partes fluidae ad quarum censum humanus paeprimis sanguis seu humor omnium C.H. fluidorum princeps, ex quo reliqui omnes allegati (§. XXXIII.) separantur, referendus, vel quantitate vel qualitate peccare possunt. Illa si existat, per venæfectionem, eccoprotica leniora, diaphoretica, aut vesicantia imminuenda vel extenuenda; haec nulla tenus talibus indicatis cedit, sed alia, et quidem pro status diuersitate indiget medela. Et enim vel integra sanguinis massa, cunctique ex hac humores secreti contaminati sunt, vel in parte tantum corporis speciali humoris inquinamentum latet, qui status dispar, disiunctam postulat medelam.

§. XXXVI.

Sanguinis si totius qualitas deprauata vel exoriatur, vel humores saltim particulares exinde secreti, spissitudine et muciditate, aut aquositate nimia, quin etiam acrimonia acida aut alcalica peccent, diuerorum genesis morborum praesto est.

Sic

^{a)} Si ramus arteriae cuiusdam eminentior v.g. arteria cruralis in animale quolibet delegatione constringatur, intra diei spatium aut certius pro constitutione brutorum, horripilationes, imo et febres excitantur in corpore motus, et quum maior adhuc prope cor arteria deli-

getur, conuulsionibus obnoxium euadit animal. vid. Hales haemastat. p. 267. §. 47. item p. 371 et 389. in notis, quibus ex uberrime patet stagnationem sanguinis in vasis capillaribus esse causam horroris in febribus.

Sic enim acrimonia ^{c)} vitriolacea aut mercurialis quum praevaleat in sanguine, haecque ad membranas aut tunicas sensu exquisito praeditas (§. XX.) deferatur, spasmata particulares partim; ut vomitus, tussis ferina, partim muscularum viuerales, ex materiae agentis ferocitate tandem in convulsiones degenerantes, exfurgere solent. Particulae autem alcalicae non equidem positivae sanguinem coagulant ex mente cel. Lindstolpii ^{d)}, sed primum resoluunt, qua ex resolutione particulae sanguinis limpidissimae reliquis terrefribus vehiculum constituentes dissipantur ac consumuntur, vnde reliqua sanguinis portio visciditatem assequitur et in magma glutinosum coalefcit, ac demum obstructiones, inflammations, reliquaque incommoda producit, quae malignitatem aliquam huiusque genericem euidenter atque distincte produnt.

§. XXXVII.

Quodsi nunc vasorum tunicae praedicto modo a materia quadam haeterogenea constringantur, constrictiois infra punctum cruentum in circuitu detinetur, et ad vasa constrictioe immunia (§. XXXIV.) vi summa propellitur ^{e)} qua ex fluxus accelerata-


c) Omnes mineralis ac metallicae proslapiae sales sanguinis massae acorem, qui in vasibus capillaribus C. H. itafin et coagulationem producere potis est, contrahere posse includunt testatur Hales in Haemastat. §. 22. p. m. 236. Salia etenim arsenicalia, mercurialia, et vitriolica liberae potestatis vim veneni habent, eundemque in C. H. exserunt effectum. Vid. Lindstolpii Lib. de venenis cap. 3. Cuncta quandoquidem venena e triplici naturae regno defumta, sive sunt acidula metallica, sive alcalica et vegetabilibus et animalibus deprompta, sale acri cautico abundant, sanguinique coagulum inducere valent. Idem autor ibid. cap. 22. Thes. 19-22. Etenim Me-

dicus quidam Anglus in hominibus, a serpentis venenati (in Virginea Boicinga) a cel. Linnaeo caudifoni germ. die Klapperschlange nunquam patiti ictu, demortuis, cultroque anatomico subiectis obseruauit, horum sanguinem plane coagulatum sulse, ac si morbis inflammatoryis correpti, sata subiissent. Vid. Hales Haemastat. pag. 284. confer. J. F. Schreiberi tract. de peste p. m. 145. in quo refert: Polygalam virginianam pro vomitorii scopo, vim huius veneni infringere posse.

d) Vid. Lindstolpium l. c. cap. V. Thes. 40.

e) Vid. Stephan Hales l. c. §. 175 176. p. m. 333. in notis.

E



celeratione aestuosa, sanguinis massa inturgescit, vasorumque minimorum, ad quae impetuose detruditur^{f)} exempliatur diameter, praeter modum extenditur, capaciusque imperat spatiū, vnde vis fibrarum deperditur elatica, febresque continuae ardentes, aehuius modi similes progignuntur (§. XXXIV). Quum vero talis in cerebro affluxus plus minus sanguinis congeftorius contingit, dolores aut grauatiui^{g)} aut capitis acuti, vel phrenitis ipsa oriri solet.

§. XXXVIII.

Cum autem partes solidae ex meris fluidis coaceruatae in haec leuiter iterum resolui possint; iusta axioma chymicum: ex quo aliquid fit in id denuo resolui potest^{h)}: fluida temporis tractu solidarum naturam induunt hinc peruersa et depravata horum qualitas, solidis facililime labem inducere potis est, et vice versa.

§. XXXIX.

Affertorum veritatem indubitatam in polyposis arteriarum excrescentiis, et ventriculi ac intestinorum laefionibus sat luculenter reperimus, cum illae tanquam ex fluidis generatae, membranis tunicisque vtpote partibus solidis elaterem atque vim suam contractilem non modo derogent, sed plane defruant, hae vero vt partes solidae chylo, sanguinique ex hoc secreto, non leuem, toti postmodum massae immiscendum, communient atque imprimant labem. Pari modo experientia euictum, hypochondriacos, atrophicosque, nec non phthysicos et diabete laborantes, longe maiori fame atque appetitu ad cibos sumendos p[ro]a hominibus in sanitatis statu viuentibus crucia-

ri

f) Notabile huīus obseruatum videtis in cel. Fridr. Hoffmanni praxi medica G. I. conscrip. p. m. 334. Num. 14. 15.

g) Eiusmodi stases sanguinis congeftorias non in substantia cerebri, sed Menyngum vasis fieri, toto die experientia confirmatur, siquidem in demortuis phreniticis per anato-

men id compertum habeamus. Hinc luculenter patet, quomodo a congeftione sanguinis ad cerebrum facta febres inflammatoriae et ipsa oriuntur deliria. Confer. Hales l. c. p. m. 337 et 383 in notis.

h) Vid. Christoph. Godofr. Stenzelii Medic. theor. pract. §. 41. p. 25.

riⁱ), quum ex oppilatis viscerum meatibus, ad ventriculum sanguis maiori copia vt antea aduehatur. Quale passio Iliaca in qua intestina (vt solidae partes) solummndo afficiuntur, sanguinis massae damnum inferre possit, ex eo videre est, quum ex intestinorum compressione fortiori, statim, gangraena, sphacelus, tandemque mors oriatur.

§. XL.

His itaque stabilitis conuulsuuae tussis nostrae epidemicæ generationem ex miasmate ortam, secundum symptomata hanc concomitantia explicare haud arduum erit. Sit enim vt particulae contagiose per inspirationem solum, aut ex recentiorum opinione, per infinuationem in poros cataneos simul, sanguini virus communicauerint, malum hocce contagio huic primordia sua debere, omni exceptione maior dabit veritas. In spirato enim per os miasmate vehiculi ope aëri, ad pulmonum bronchia detraditur^{k)} ibique titillando confertim tussiculam mouet. Reliqua portio cum saliu^l) intime mixta ad ventriculum deportatur, vbi non modo orificium ventriculi superius mere nerueum, mordendo, sed et fermentum naturale gastricum corrumpendo, ventriculi totius tunicam nerueam arrodit atque irritat, ex quo anorexia, nausica, vomitusque oriuntur.

§. XLI.

Quum post modum mephitis haec vitriolacea mercurialis mediante liquidorum flumine, aut per vasorum poros inhiantes, breuiori fanguini admiscetur via huncque coagulat, ad thalamum cordis dextrum propellitur virus, vbi diastolen huius imminuit, systolenque promouet et accelerat, de hinc per

E 2

arte-

i) Vid. D. Niefelds differt. de Butilia sub praesid. DD. de Büchner. item Schenck. obseru. lib. III. fol. 349.

cet Lindstolp. lib. de Venenis cap. 5. Thef. 52.

k) Eiusmodi acredines acidas vel alcalicas, praeter noxam pulmonibus et sanguini per eosdem transfigituro noxam inferre, si per auras, quam haurimus, dispergantur, do-

1) Contagium per aethram diffusum saliuæ communicari, sicque per oesophagum descendere, deglutiri, vteriusque deferriri, et hoc modo vomitus enormes excitari idem Lindstolpius l. c. affirmat.

arteriam pulmonalem ad pulmonum interiore delata substantiam ^{m)} horum folliculos nerueo membranaceos vellicat, pungit atque lancinat, ac per spasmos exinde resultantes, fortiores que succussions, respirationem anhelosam, imo et conuulsiones ipsas excitat atque producit. Videmus hoc assatim circa improuisum medicamentorum mercurialium vim in C. H. contingere, licet affabre praeparatus sit mercurius, et cum terrea se probe vnitum fentiat materia optime monente ⁿ⁾ Scheffelio. Quod si vero mercurialium vim et efficaciam virulentam post praeparationem adhuc dum restitatis aliquam compertum habeamus, quas quaeso mercurialis spiritus etiam nunc

^{m)} Quodsi pulmones a tali aëris accidine vel ab arsenicali flatu immediate laedantur, gangraena oritur, quae sphacelum et hic mortem excipere solet. vid. I. F. Schreiberi tract. de peste obseruat. VI. Confect. 5-6.

Peccat etiam aëri grauitate quadam sibi immixta, agitque in pulmones maiori vehementia, quam quidem elaffitas corundem teneraque textura tolerat. Vnde pariter fanguis et fluida per pulmones fluxura ibidem stagnat, et tufles, dysponocae, asthmata et tandem febres pulmonales reliqua oboruntur mala. Quibus et cel. Werlho-flus Prouinciae suae decus in tract. de febribus adtipulatur sequentibus. Vbi impedita haereat aëri elementi portio, confluit semper et conspirat cum ipsa massa atmosphaerica, ac maturaue sua virtutisque motricis elaffitae particeps est, participesque iusto modo facit humores sibi iunctos: quam virtutem, pro maiori aut minori impedimenti robore, calorique aut aliarum exsolutionis causiarum ratione, magis aut minus efficaciter, crassius aut

subtilius, euidentius aut obscurius, serius aut oxyus, violenter aut fessim sensimque exserit. loc. cit. p. m. 274. in not.

Sic quoque exhalationes sulphureae aut alias minerales per aëris vehiculum inspiratae atque ad pulmones deuolutae, respirationis organo immedicabilem contrahere queunt labem, de quo Lemery histrio de l'acad. Roy. de scienc. anno 1700 experimento quadam chymico nobis exemplum fitit. Sulphuris etenim et martis substantia anatica portione in pollinem redatta, et sub terra aqua prius irrora-ta, defossa, tantum dabit frepimum et ignescens expirationem, ut exhalationes has absque pulmonum detimento nemo inspirando perfervere potuerit. Plura vide apud Sene-cam Nat. quæst. I-6. cap. 28.

ⁿ⁾ Vid. DD. Stephan. Scheffelii, Profess. Gryphiswaldensi, differt. de noxis ex abusu mercurialium, in corpus humanum redundantibus 1728 ventilat. confer. etiam celebr. Boerhauii instit. medic. §. 1139 et 1145. nec non cl. Borrichius de or-tu et progressu Chem. p. 110-111.

in aëre liberaeque potestatis fluctuans, noxas in C. H. mouere potis erit? cum nondum vlo concreto terreo vnitus conspicatur, sed cum Mephitude tantum vitriolacea itidem acri fluida commixtus per inspirationem hauriatur^o).

E 3

§. XLII.

o) Superque sat hoc metallariis contingere obseruamus, qui in metallisodinis ad effodienda metalla laboribus incumbunt. Hi multis obnoxii sunt morbis, praesertim iis, qui ex inspiratione aëris noxia, pulmonibus, ventriculo et intestinis eueniuntur possunt. Scilicet liquor metallorum aethereus siue spermatitis exuvium maxime volatile et acre, non tantum per inspirationem pulmones afficere, sed ob huius cum faliua mixtionem ad ventriculum vteriusque deuetum, gastricum liquorem corrumpere, humorumque stases, et reliqua morborum accidentia prolignora valet. Qui metallorum aethereus liquor nihil aliud est nisi mercurialis aqua subtilissima, aut rectius, mercurii spiritus, nullo vinculo vnius, de quibus vterius legi merentur. Hippocrates lib. 4. Epidem. §. 14. 15 - Basilius Valentinus in Tract. de metallor. qualit. cap. 1 et 21 - Theophr. Paracelsus de metallicis morbis Germ. Id. confcr. - G. Agricola de re metallica lib. VI - Bernhard. Ramazzini Med. Aufon diatriba de morb. artificum, vbi inter alia et de metallicarum agitur morbis - D. Martin. Panis de peri-pneum. metallicul. D. Vrfini de morb. metallarior. - D. Suchlandus de paralysi metallar. D. Friedr. Hoffmannus in disput. de metallur-

gia morbific. Hal. 1605 - D. Kochlatshius de metallicular. nonnullis morbis. Halae 1721. - D. Alberti de praefruand. metallicular. morbis. Hal. 1721. Cum autem nullum toxicum adeo sit nocuum corpori quod bene prius praeparatum eidem Panacea atque praecellentissimum existat remedium, annuentur cel. Melch. Friccio Vlmensi in tr. de virtute Venenorum medica in 8vo. Vlm. 1701, Sanctissima hic perstabit veritas, mercurium, aut vinculo corporeo terrestri vnitum, aut hocce plane defitutum, spiritusque naturam induentem, licet fugitiuus sit feruu, Chymicorumque Proteus multiformis, optimum atamen euadere posse pharmacum, remediumque vniuersale ac coeleste, si sulphur eius methodo philosophica depuratum ac digestum, ad fixitatem redigatur, consumatam. Quod omnes probe norunt, qui in Chymicorum palaeastris desudarunt, et totos in arte sphagyrica intendenterunt nervos. Verilimum ergo remanebit prolatum: nihil nocui inesse mercurio probe praeparato, sed potius ad refaciendam sanitatem eaque stabilendam, omne id ipsum inhaerere, quod quaerunt sapientes, at hic labor hoc opus est! non enim cuius sphagyro licet adire Corinthum.

statione II. Cuiuscon sanguis in arteria superiori brachii

Hic iterum inquinatus et qualitate plane alteratus sanguis ^{p).} Si per veram pulmonalem ad ventriculum cordis finitrum et exinde per aortae vtrumque ramum ad pleuram, caeterasque partium nerueas delabitur membranas, neruorum puncturam, contractionem et sanguinis stasis suscitat, consequenter febres ardentes ac inflammatorias, nec non conuulsiones §. XLII. allegatas generat atque promouet, scilicet cum crux ad vasa ob diametri angustiam exilia, in statu fano lympham vehentia, vi fibrarum contractili detrudatur ^{q),} haec diametro extenso globulis sanguineis aditum equidem concedere, ast ob arctiorem ambitum his denegare transitum coguntur, qui causus inflammationum omnium, aliorumque pathematum febrilium, fons et origo existit. vid. §. XXXVII,

p) Sic D. Ioh. Friedr. Henckelius de asthmate montano et colica metallicarum conuulsione G. Id. conscript. lib. I. p. 92. refert: subtilissimas metalli particulas per inspirationem hauias et cum salvia ad ventriculum deuolutas, sanguinis ad mastam, lympham, imo exilio- rum meatus vasorum migrare. Quibus de prolatis authenticis allegavit casum lepto dignissimum. Quod si nunc particulas tenues terreae, corporis ad hanc peripheriam difundere se queant, quidni mercurialis spiritus magis penetrantior efficer potis erit.

q) Constat namque experimento sanguinis globulos rubros nihil aliud esse quam olei volatilis guttulas quasdam, circa centrum suum fortissime rotatas, qui globuli vel ex viru, vel motus attritu intestini disperguntur. Non aliter se sanguis

habet, ac quidem baccae myrtillorum rubrae, quae pitillo contusae, pultaceam formam adipiscuntur, liquidis a crassioribus ita separatis, mutuoque partium sanguinem compontentium vinculo disoluto, ut sanguinis quedam pars tenuissima, vini rubelli, vel carnium loturae instar, a venis recipiatur, crassiores vero particulae, sui iuris iam factae et combinatae, hinc inde in arteriarum angusta capillaria secedentes, viam ad obstrunctiones ine- vitabilem; vel etiam densissime gru- mescentes, in magnis arteriarum ca- vis, et cordis ventriculis stagnant ac detineantur. Quae quidem pel- liculae, seu serum sanguinis coagulatum, dum adhuc confusae san- guini meabili sunt, saepè in venae- tensionibus conspicuntur, preefer- tissim in morbis inflammatorios, ac certum sanguinis inflammati praebent indicium.

S. XLIII.

Quodsi vltterius symptomata morbo huic epidemio obvia
penfitemus, praedura haec in pufionibus fames contemplatio-
nem noſtram paeprimis merebitur. Hanc cum paefernatu-
rali contigisse modo autunem huius inuestigare cauſam ope-
rae erit pretium. Phyſiologi noſtro aeuo celebres omni quaſi
fatentur ore, miniftrantem fomis cauſam ſuppeditare ventricu-
lum. Sin autem eorum rationem, quomodo? contemplemur,
maximum hos interuersari diſſenſum atque adhuc dum ſub iu-
dice item eſſe, reperiemus. Quidam enim horum animam eſu-
rientem, et ſic pro cauſa conſuetudinem adpetendi venditant^{r).}
Alii vaſorum fanguiferorum attritu hanc fieri adſtruunt, alii
materiam quandam aetheream ſubtilem ciborum mediante de-
glutitione ad ventriculum deportatam ibique cauum ventriculi
ipatium tillitante, famis cauſam exiſtere perhibent; alii alio
luxuriantur ſenſu: et quis quaefo ludicas omnes multorum
phyſiologorum ſententias, qui vel ex fermentalis ſucci copia,
vel ex viuita ventriculi conformatione, aut aliis ſex centum
cauſis, deriuare famis fontem ſat agunt, allegare hic poterit.
Licebit procul dubio (ſaluo tamen omni meliori iudicio) no-
ſtrum hic addere calcar, et quum in medica docenda vel de-
monſtranda^{s)} non deceat vero affirmare id, de quo vſque adeo
ſumus incerti; probabiliffimam phoenomeni huius rationem
hic adduſiſe non diſplicebit. Famem in ſtatu naturali poſt ci-
borum digeſtionem toties remeare, nemini lectorum
ignotum erit. Quum enim ciborum magna digeſtum, ſub chy-
mi forma, duodenii cauernam, per pylorum tranſcendere co-
natūr (quod in vegetioribus ſubiectis exantato quadrihorio
peragit) ventriculi fecluſorium a cibis relinquitur vacuum.
Dum autem gaſtricus liquor ad ventriculi cauum deportatus nil
habeat, in quod vim ſuam diſſolutoriam intendere poſſit, mem-
branam ventriculi nerueam vt vellicet neceſſe eſt, qua ex ve-
licatione, fibrarum diameter admodum abbreviatur ac contrahitur.
Haec autem contrac̄to parietes ventriculi membrano-
fos

r) Vid. Iunckeri phyſiol. Tab. Carthefian. p. m. 17. I. P. Eyfelii
XXV. Steph. Blanckhard. academ. Compend. patholog. §. 54.
s) Pitkarnius in orat. §. 4.



fos inuicem subiungit atque comprimit, ut attingere et confri-
care se mutuo possint: quae tunicae nerueae affrictio sensum
dum quendam doloris excitat, hic sub nomine famis hactenus
nobis familiaris fuit. Secus in statu praeternaturali res se ha-
bet: causa etenim proeugmena a priori longe recedere atque
ibidem aberrare oportet (dum gastricus liquor aut parce, aut
plane non separatur, aut qualitatem heterogeneam induit) li-
cet pro catarratica, affrictio scilicet parietum ventriculi mutua,
vna eademque, quamvis spastica existat. Fundamentum op-
inionis nostrae dabit morbus spasmatico-vagus vulgo die Grie-
belfrankheit, qui propter membranarum in ventriculo frictio-
nem mutuam spastice excitatam, adeo homines quandoque fa-
me cruciat, ut ferias has esuriales tollere vix queant. Simi-
le in infantibus, lumbricis aut teretibus vexatis accidere, me-
morabili exemplo clariss. Pechlinus^{t)} nos docet. Haud dispa-
r phoenomenon in agonizantibus quoque obseruatur, perhaepe a
spasmis partium interne laesarum ortum: scilicet conquerun-
tur saepissime de durissima fame in ultimo fere vitae articulo,
quam cibis adpetendis profligare cupiunt, cum tamen post pau-
lo assument cibum fata sua subeant; evidenti argumento fa-
mis morbificae causam, in constrictione membranarum spasti-
ca consistere ventriculi. Quilibet igitur colligere ex praemis-
sis poterit, idem pusionibus obtinens symptomata, ventriculi
spasmis, a miserate aereo concitatis, suos debere natales.

§. XLIV.

Febrilis porro pusionum clamor in historia morbi recensit-
tus reliquaque annexa symptomata, si perscrutacioni obiciantur
ulteriori, non a turbatis haec spiritibus animalibus^{v)} quae
ratio

t) Pechlinus lib. I. obseru. 65.

v) Qui famigeratissimae hypothesi patrocinantur, cunctosque in
corpero effectus, nec non morbi
symptomata ab anima immediate
deriuare allaborant, licet anima sit
 $\alpha\pi\alpha\theta\eta$, nec materiali yllo curari
poterit medicamine, faxum fissi-

phium voluere conantur, quum
iam diu contraria deuicti tenentur
ratione. Quod vero anima nostra,
vinculo quadam mediante aethe-
reo, cunctas corpori illatas iniurias,
aut blandos contractus, secundum
sui acerbitatem aut iucunditatem
ritu diuidicare, horumque sen-
tationem

ratio occulta dici possit, sed longe alia ex causa efformasse genesin suam, clarus luce ex sequentibus patebit. Quaelibet nimirum sensatio iucunda animae ex blanda nervorum tillitacione (secundum systema influxus physici) oritur, intentemque hilaritate implet; contraria atque aduerfa vero ex opposito diuidicatur: hinc quaelibet violenta nervorum exagitatio, sive in horum compressione vel extensione nimia, aut plane laesione consistat, ingratae perceptionis sensum in corpore, qui dolor nuncupatur, ob animae commercium et vinculum cum corpore, efficit, licet nemo hactenus physicorum, mutuam absque contradictione sensationem in utroque reciprocam demonstrare ad oculum potuerit. Quod itaque infantes cibum post assumptum enormes reboauerint clamores, hosque nec citius nisi accedente vomita finierint, quodque tussis non exemplo ac furtim, sed interueniente quadam remora inchoauerit tragoe-diam, causa ni fallor erit: quod in primo phoenomeno, ventriculi orificio superius, imo ipsum diaaphragma, comprefserit ciborum oppletio, quea nervosum partium compressio, sensum omnino doloris prouocare valerit: in secundo autem, nouus ex impuro chylo ad pulmones sanguinis affluxus acris,

recent-

sationem pro re nata, nervosi sub-sidio systematis, communicare corpori possit, extra omnem dubitati-
nis aleam perstabit euctum, quamvis modum, quomodo? Deo soli non physico enodandum arbitror, sic et illud. Wolffius Leibnitiana rediuia hypothesi rem acu tecigisse videri voluit, de quo vt. vid. des-
sen Erinnerung, wie er es mit den Einwürfen wolle gehalten wissen, die wider seine Schriften gemacht werden. §. 273. ad metaphys. §. 701.

Huic meae opinioni non repugnant doctissimi Vratislauensem Medici Domini Tralles (cui Numen omnipotens cuncta ex voto succedere iubeat) prolata in Commentatione sua de Machina et anima humana pro-

fus a se inicem distinctis etc. refuta-tionis gratia pio sat atque perdo-
ctio, peftore de prompta p. 235. hu-
ius tenoris: mihi vero nunc perinde est, qua ratione subsistere Claris-
simi Viri visionem, et commercium animae cum corpore esse habere statuerint, namque, quod si hinc credo euenturum, si aliquando valere iullo systemate causarum occasiona-
lium, influxus, et harmoniae novum iterum condat posteritas libera-
rata et ingeniosa, manebit tamen in multis: ut Hollmannus peculiari disser-tatione commoustrare laborauit,
anima sibi ipsi ignota cum de cor-
pore adeo et materia, eruditissimos quoque premat et premet in multis inuincibilis ignorautia etc.

F



¶

recentes pulmonibus sanguinis ad concutiendum largitus, quae fanguinis tandem acrimonia, per vasorum capillarium gyrum, ad tunicam Schneiderianam sic dictam, raptu celerrimo delata, sternutationes excitare poterit frequentes.

¶) in
in oris deo ex parte struma cordis circinatio resipit exarsit
in ambo totius rei motu et in aliis. & XLV. id est omni sensibili
Tenelluli denique lactentes anni stadium nonum cursus,
hos quod cruciatus perferre nequiverint, debilitatus fibrarum
elater, neruorumque robur deficiens suppeditarunt causam.
Quicquid enim in nobis momentum motus fluidorum auget,
etiam momentum solidorum detruit; unde malum de die in
dies cessit in peius, adeo ut debitum morti persoluere tenerentur.

§. XLVI.

Possent equidem de tussi nostra epidemica, et symptomatum reliquia, in historia morbi adductae, hic enodari si leuidensibus tempus terere atque lectorum pectora aere aequum iudicassim; quem vero leui phycorum mentis poterint indagine assequi, dilucidatione indignis vteriori non diutius explana-

nandis inhaerebimus. ¶) in
Itaque lectoribus forsitan sciscitantibus, aëris inquinatum actionem in corpus humanum, modumque quomodo? non minus ac corporis humani in miasma reactionem aut potius correlationem ad aëris contagium passiuam, usque ad nauseam, geometrica demonstrasse ratione, hisque ipsis satisfecisse spero, eruditorum consolationem non fugiens.

Quantum est, quod necimus.
Quodsi vero cuiquam contradictionis libidine intento Aristarchi Spartam suscipere volupe erit, Aristippi vices forte fortuna Damon quidam recipere non recusabit, cum Plautino interim hocce, erigens mentem;

*) Immundas fortunas aequum est squalorem sequi.
ad primum enim ut momentum repetendo paucis respondeam, vulgare exemplum sufficientem problematis dabit resolutionem.

Vi-

x) Plaut. Cistel. act. I.

Videmus etenim candlam sebaceam, oris flatu extinctam can-
descente ellychnio, dirum admodum exhalare foetorem, ut
pauci reperiantur, qui absque nausea et vomitu tolerare hunc
possint. Quum enim particulae oleoso-alcalinae acres, per
flamme vulcanum refoluate atque rarefactae, cubiculi per at-
mosphaeram dispersae, respirationis opere attrahuntur, eodem ut
aer contaminatus, licet dispari efficacia, corporis inferiora af-
ficere poterunt. Sic ego foeminam per bimeltrę grauldam, ab-
ortientem exinde noui. Imo permulta adhuc hominum ex-
empla non ignota mihi in promptu sunt, qui capitlis dolores inten-
sissimos, lypothimiam, nec non apoplexiae speciem, talis
modi foetore passi fuere; evidenti testimonio, aerem infectum,
nocere corpori posse. Secundo: aerem, licet non per se, sed
partium heterogenearum, vel nimis leutum, vel nimis gra-
vium, vel acrum admitione (§. XXVI) corpori inferre no-
xas, suo iam cognouit seculo, Reuerendus medicinae proa-
vus Hippocrates ^{y)} hinc iri inficias non poterit, virulentiam
miasmaticam, esse acredinem summe alcalinam, aut summe
acidam, quae statim sanguinem, vel resoluendo, vel dissipa-
ndo, remanente parte crassiori (§. XLI) cogere, atque simul
solidam corporis portionem, in consensu rapere potis sit.
Nobis interim probabilitatem, quin imo veritatem asserti no-
stri apodicitam, ne disquisitionis succinctae cancellos trans-
grediamur, Lectorumque patientiam laedendo, naueam pro-
creemus, brevibus allegasse sufficit, quomodo miasma nimi-
rum hocce in aere contentum, mirosp hosce in corpore affe-
ctus, imo ipsam producere contumaciam potuerit tuisim.

<sup>zomissis a pauci inservientibus verbis in suis authentis editi-
onibus non debet oportere. §. XLVIII. etibes ei si obiectio possit.</sup>

Demetito igitur affectus causaeque praefamine medendi
iam methodus explananda erit. Siquidem in difficilioribus
superatu omnibus morbis, quantum prudentis et operosi Me-
dici hisce perscrutandis vires suppeditant, ad caufarum, quae
eos excitant atque fount remotionem, potissimum in curatio-
ne reflectendum, si successus votis respondere optatus debeat,
atque auspicatus; ita et in hoc haud leuis notae affectu, iuxta

causae cognitionem medendi methodum maxime adaptare necesse fuit, ut ratione et experientia suffulcitus, remedii et auxiliis electiuis, mali huius radicem, seu causam funditus extirpare potuerim. Tribus autem potissimum absoluenda fuit indicationibus: I. febribus supra et sanguinem murrinam et melob. Miasma lethiferum corrigendo et a corpore eliminando. II. Stases humorum resoluendo, et III. Conuulsiones conspiciendo ac mitigando, iustumque partium neruosalarum tonum redintegrando ac roborando.

His enim si indicata conuenientia largiantur qualitas caustica atque vellicans, tamquam mali totius formae eneruatur; quo ex fonte tam tussis conuulsiua, quam febris synochae reliquorumque symptomatum syndrome scaturit. XLIX;

Dolendum attarient quam maxime, ut nullibi vnamquam artifices magis inter se dissentiant, quam in foro medico: ita ut non leue exinde arti redundet opprobrium, quasi dubio atque incerto nitatur fundamento, cum tamen rationalis theoria, autoritatem praedictis vacua, atque experientia non vana, sed conuincibilis, fulera sint acerna atque eburnea artis nostrae. Enimvero nisi caeca quaedam et insipiens arrogantia eorum ²⁾: Qui omnia se simulant scire, nec quicquam sciunt, falso ne an vero laudent, culpent quem velint, non flocci faciunt, dum illud quod lubent sciunt, obrectatoribus ansam daret, medicinam, huiusque geminos filios probrolis laedere verbis, ars sane aesclepiadea non adeo vilesceret et flocci perderetur, sed magis doctorum fama extolleretur. Haud male ergo H. C. Agrippa profatus ³⁾ sic iniun-

²⁾ Plaut. Trinum. act. I. sc. 2. scientifice minime callent, corradeficitur a munditate mentis. ³⁾ De vanitate scientiar. c. 83. Nec minus Fordida quosdam obfudit adeo auaritia atque lucrandi cupiditas, vt, cum arte docta, quam

scientifici minime callent, corradeficitur nummos nequeant, perdevia illicita, id tentare conentur. Quos quidem dum optime perfirxit Horatius, id fibi minime dictum autem:

Quae

cem a se dissentiant, ut nullus reperiatur medicus qui citra exceptionem, additionem, permutationem, praescriptum ab alio pharmacum comprobet, quin imo qui laceret, mordeat, ne videlicet ipse non melior Medicus videatur, si alterius vel optimo consilio nihil detraxerit, vel his quea etiam faepe nimis multa sunt, non aliquid addiderit; unde tandem in prouerbium abiit, medicorum inuidia et discordia. Cum vero rationales atque doctiores medici ab eiusmodi medicastrorum turba plane separandi; dum hi non prolatorum authoritatem, sed verborum rerumque pondus examinent, neque considerent, quis hoc illudue dicat? sed quomodo proleta secundum rationis et experientiae lydium probet atque demonstret? nullum haeredit, dubium, quin scientiae medicae harmonia, omnis discordiae experts inter vere eruditos, firmissimo ad aevi usque consumatum, steterit talo, licet Doctoreli quidam, non Doctores, stellionum more gloriam artis indocta proscindere atque rapere frustra, conentur contradictione.

Quamvis vero allegatas iuxta indications permulta fane et
triplici naturae regno deprompta pharmaca seu indicata adduci
hic poscent; placuit tamen ea, hoc in morbo a me adhibita,
virtus et efficacia quorum, experientiam praembris corroborauit,
tanquam probatiora huc adferre; Medicamentorum
etenim non stupenda quantitas et multitudo, sed actiorum po-

Quae non mortalia cogis pecto-
ra, auri sacra famies?
Hi sane mendici, temporalibus licet
abundant diuitiis, aureaque induit
chlamyde, quassando hanc saepius
vndantem faciant; Medicis praecela-
ro indigni nomine Lentili illustris
merentur suffragium:

Iactant se Medicos, quiuis Idi-
cta - -
putabilia doctrinae tumentes sapien-
tia, ex tripode dicta quasi prolata
fua iudicant, quae attamen vulga-
ris excipit ignorantia. Ait gloriam

quam sibi fingunt forsitan inuidente licet fortuna citius obtinerent, nisi famam alterius aut cauillando conspurcare, aut iuxta Machiavelli principia carpendo ordinata, burfam replere, gloriarique solum excellentiae duntaxat suae, quam tam en, contumelia comite, euanesce re hoc fato, toties quoties experientur, vano reportare contendenter conamine. (A.) vid. M. B. Valentini animaduers. in Machiavel medic. Prop. X. Fridr. Hoffmann Med. Polit.



tius et comprobatorum compacta qualitas, dummodo aerigerato atque iucunde, nisi cito leuamen exinde fentiat, omnem hic implere potis est paginam.

§. LI.

Primum igitur ad momentum expugnandum, materia acris corrígenda erit: aut fiat haec correclio spicula obtundendo caustica, horumque in partes solidas activitatem infringendo, aut hasce pingui muriendo litura, perinde erit, si modo offensa vis coercentur, et qualitas immutetur noxia. Praeprimis autem scopo huic conuenire: Sem. Cannabis, Cardui mariae, papaveris albi, nucleique amygdalorum dulcium, in emulsione formam redacta, nec non Gummi arabicum ac sperma coeti aut per se, aut oleo amygdalorum dulcium soluta, sin modo iudicio pratico administrentur, maxime experientia me docuit; occlusa etenim causa, refroenatur effectus. Enim vero pingui mucilagine sua, non solum vaorum membranos obtinunt, omni que a noxa defendunt, sed et fibras spastice constrictas leniunt, assipiuntque, earum hinc laxitatem promouent, aliumque hoc modo blande subducunt officio.

§. LII.

Multo autem efficaciores eiusmodi emulsiones absorventibus, alcalinisque e. g. lapidibusque cancerorum, succino albo praeparato, sulphure lycopodii, aut^{b)} lacte sulphuris, vel spermate coeti, maritatas concretis obseruaui, hocque modo non tussis vehementiam lenitam solum, febrisque aestum fedatum, sed et primae indicationi semper me satisfecisse perspexi. Figidum etenim mucilaginosum^{c)} et auxiliatur et occidit quaque ex calido sunt; spermaque coeti ut lenituum non modo

b) Sulphur optimum est Bezoardicum et in morbis omnibus contagiiosis, quin imo ipsa in peste virutis ac efficacie incomparabilis, siquidem et mercurii spicula obtundit extemplo atque mitigat, referen-

te clariss. D. D. Dethardingio in disputatione de sulphure optimo Bezoardiaco. Rostoch. 1746. §. XI. XII.

c) Hippocrates Epidem. lib. 6. sect. 5.

do et resoluens, sed et ut praecellentissimum antispasticum inter reliqua subsellium occupat, nec unquam ope sua facessit. Cum itaque Medicus naturae sit minister, hicque nil vel praepostere vel temere aut oscitanter contra vitalis energiae leges monente Hippocrate fuscipere debeat; magna fane morbis, potissimum curandis in acutis, medicae pars erit scientiae^a), mentem a praeiudiciis cunctis feruare liberam, nec per intempestiva medicamina, dirigentes naturae motus peruertere, sed eius ductus sequi. Quum haec adiuuante Deo exoptatissimus semper vrgeat vestigia finis.


Secundae autem indicationi, pro humorum stasi resoluenda, profuerunt maximopere omnia, natura quae ex sua, incidendi atque resoluendi pollerent virtute. Quorum ex censu palmam fere omnibus praeripiisse obseruaui! ^{b)} Mel despumatum virgineum, Gummam ammoniacum, Balsamus sulphuris anfatus, Crocus orientalis, et stibium diaphoreticum. Externe autem spiritus Camphoratus aethereus^{c)} cum spiritu fuliginis parumper mixtus, Epithematis sub forma adhibitas. Enim vero cum Chymicorum omnium suffragio, virtutem demulcen-

d) Bagliv. prax. med. I. 1. c. 9. de variol. et morbil.

e) Vid. Theodor. Corbeii Pharmac. bipartit. sub voce Mel. -- Conrad. Kunrath. medull. chym. sub voce Honig.

f) Forstian nonnullis quibus per transennam modo spirituum in vires vacare contingit, infantibus visus spiritus camphorati aetherei, morbo in hoc contagioso a me pro Epithemate ordinatus, mouere admirationem poterit; alt facile pudorem celare cogentur, si secus finistre palatium Chymiae intrantes, de fuscepto a me ratiocinari videbunt vsu, Spiritus enim camphoratus sic dictus aethereus, tanta resoluendi at-

que roborandi praeditus est efficacia, vt Medicorum fere nullus, extero eius, in praxi carere posset vsu, de quo iam haud prolixus ero. Ego vero verissime affirmare ausim, nisi in epidermide infantum tenera rubedinem aliquam, nihil unquam incommodi, quin potius emolumenti in tenellis ab vsu eius me obferuassem centuplicato, ita, vt cutis rubedo a spiritu vsu contracta, utilitatis subsecutae respectu, cendi de nihilo poterit. Spiritus ante camphoratus noster, ea propter aethereus audit, quia camphora, vini in spiritu refoluta, fumme alcohalifato, vna cum camphora enhieristi haud vulgari chymica transcedat



di Mel habeat atque resoluendi potentissimam, non modo ardorem febilem compescere, quassatos lenire pulmones, stasesque humorum resoluere, sed cum praepotens contra putredinem Mel existat pro phylacticum, partium quoque resistere putredini valuit. Qua vero Gummi ammoniacum resoluendi praeditum sit efficacia haud multo enarrandum arbitror anfractu, dum insiti ratione oleofisalis volatilis, aperientem ac discutientem, pinguioris autem ratione substantiae lenientem atque mollientem habeat virtutem, unde et in tussi, asthmate, et in ternarum omni partium obstruktione, aegri cum euphoria maxima praescribatur; quandoquidem et obdurata ventrem suauiter soluendo educat scybalia. De reliquorum autem medicaminorum virtutibus adductorum non multis ero, quin sint familiaria satis remedia, Practicoque cuius ne dicam Medicastrona.

§. LIV. Tertiae indicationi specimen, selecta quaedam conuulsiones mitigantia, iustumque partium redintegrantia robur, determinarunt medicamina: quae inter Cinnabaris antimonii aut nativa, Castoreum, Cort. Cascaril. nec non anodynus liquor Hoffmanni mineralis, essentia succini, et Elixir nervinum nostrum enicuerunt, ita, ut praedictis solummodo, omnium instar optatissimo usus sim cum successu. Licet vero tam nostro, quam praeterito medicorum nonnulli aevo, internum Cinnabaris usum ob indolem damnauerint mercuriale^{g)} dubiumque et noxiun plane exclamauerint; verissime attamen, nullum unquam eius ex usu rationali, redundasse corpori damnum testari experientia possum: quam ob rem, quum potentissimum, cendat per alembicum et destilletur, extensa fique subtilissimas in atomos, inuicem cum spiritu mixta, huic intime incorporetur, adeo, spiritus ut hicce, aliqua licet postmodum fontana imbuetur aqua, praeципitationem attamen fugiat camphora; quod vero vulgari a pharmacopeis praeparatus modo, spiritus camphoratus praefabit minime.

^{g)} Vid. Matthiolus et Ioan. Rednadeus, a recentioribus vero, omnes inter Ioh. Godofr. Beckeri Pharmac. aulici Regis Daniae tractarus, qui titulum in fronte gerit: *Umsug des natürlichen Zinnobers im menschlichen Leibe kurz und gründlich erwiejen.* Copenhagen 1708. in 4to.

ad viscidum pulmonum mucum, aëri quo infarciuntur tubuli resoluendum, sit deoppiatorium⁴⁾, expectorantium dignissime catalogo hanc inferere non reformidauerim. Pulmonum etenim substantia non vt veteres somniarunt parenchymatica, potius membranosa, spongiae instar, vesiculis tubulisque referata quoniam exift, generari in iis fas est leuisimo humorum negotio, aut mucidis hos obstrui visciditatibus posse, Medicorum quilibet, et non monente Malpighio, cognoscere poterit. Igitur cum tenui et actiuo, meatus obstructi subtiles, deoppiatorio opus habeant instrumento, debeat sin renouatio eorum respondere votis, nullum fane in hoc peragendo remedium cinnabari praferendum duco natuiae, combinatus siquidem sulphure Mercurius, quibus ex aut naturaliter aut artificiose quaelibet conffructur cinnabaris, spem, de effectu implere omnem indubitanter poterit.

§. LV.

Et haec L. B. mere quamvis simplicia, nec¹⁾ exotica pretiosa, nec composita mystica pharmaca arma tamen fuere, quibus cum fauente Numine, contagii huic hostem, nullum scilicet ad idem nulli et tolli mundum que multas diem obstat. Vid. Commerc. Litter. Physic. Techn. Norimbergensis suffragium de anno 1732 p. 56.

1) Quoniam Cascarillae Cortex, male qui cum Winterano confunditur, et Croci stamina, ob frequenterum fere ac confuetum vnum, indigenatus iam dudum sibi vindicarunt iura, hunc ipsum ex aequo derogare honorem nolui, natale quamvis solum non Europam sed Indian agnoscant. Hisce ergo probatisfimis, similibusque simplicibus, pomposis quam exoticis, quacunque terrarum ex ora de promptis, morbi hominum multo tutius saepe profligantur; cum paucioribus non folium impensis queant parari, sed

G

conuenientiora magis indoli nostrae naturaeque septentrionali ac homogenea sint. Non inepit ergo iam suo perfrinxit Plinius seu lib. 24. cap. 1. Medicorum praeiudicia sequentibus: Haec sola naturae placuerat esse remedia, parata vulgo inuenientia facilia, et sine impedio. Postea fraudes hominum et ingeniorum capturae, officinas inuenire istas, in quibus sua cuique homini venalis promittitur vita. Statim compositiones et mixturae inexplicabiles decantantur. Arabia atque India in medio aestimantur, vicerique parvo, medicina e rubro mari imputatur, cum remedia vera quotidie pauperissimus quisque habeat.



cet convulsuum debellauimus. *Enim vero, licet materia medica clinicorum armamentarium, non indigat adeo, quin suppeditare possit plurima, multaque adhaec e triplici naturae regno potuissent sane adduci, generalem fin therapiam conferre; nec ea solummodo medicamina, per integrum quibus morbi decursum usus, proferre in medium animus suisset;* at tamen procul dubio probatissima ea, et experientia quoties toties explorata allegasse sufficient, *cum varietas medicamentorum ignorantiae sit filia;* neque multa sercula quod aiunt tam multos fecere morbos, quam multa medicamenta panicas curast. *Sin autem Clinico cuiquam variandi cupidine delectanti, paruae allegatorum suppelletili medicaminum, maiorem addere farinam placet forsitan, non habebit me dissentientem, modo videat, ne Ceruam pro Diana, et inertia pro actinis eligat pharmaca, potius sed ea, virtus quorum et efficacia iamiam tutta haec tenus fuere et comprobata.*

LVI.

Cum autem medendi methodus ordinem requirat succinctum, ne pharmacorum in administratione eligendo morbi malum augeamus, cum tollere illud nobis sit animus. Neotericis forsitan non displicuisse sperauit Clinicis, sin adhibitam a me seriem, eorum in gratiam hic annexerem. *Enim vero, cum primum indicationis nostrae membrum, miasmatis lethiferi correctionem atque eliminationem postulet; semina scilicet, lactescente turgentia mucilagine, quae auf aqua fontana, aut destillata aliqua compari, Emulsionis in formam redacta, remedia tanquam conformia, huic quae inseruire possem scopo, selegi.* Diro etenim contagii premente malo, emulsionem huiusmodi per XLVIII. horarum spatium, ad cochlearis mensuram, quae femiunciam fere continet, continuandam imperavi, addita hac cautela: ut interdiu per biorium, noctu autem, cum tussis atrocitas urgeret perugilium, per trihorum moram, praedicta infantibus propinaretur dosis, ne

praeter

¹⁾ Vid. Bac. de Verulamio hist. vit. et mort. art. 12. n. 14. operat. 5. §. 45.

praeter energiae nisum obruerentur multitudine medicaminum,
ac somno indulgere possent commodius, si vacarent excitatio-
rio. Demetito postmodum horarum cursu cum ardoris vehe-
mentiam aliquantis per obseruauerim soporatam. Emulsionis
nsum noctu duntaxat continuandum iussi, de die autem se-
quens Eccligma seruitio subiunxi medico:

R. ss amygd. d. 5j.

Sperm. coet. 3iv.

G. Arabic. pp. 3ij.

ꝝ Croc. or. gr. viij.

S. et invic. M. F. Eccl. S. Wobon alle 4 Stunden 2 Thees
Löffel voll so bleß zu geben.

Hoc de Eccligmate duos scrupulos pro dosi per omne
quadrihoriorum sumere imperauui, interpositis per bihorium pul-
veribus, tali modo concinnatis:

R. ꝝ nativ. hung.

Succin. alb. ppt. aa. 3ij.

ꝝ lycopod.

Iap. ꝝ. crud. pp. aa. 3j.

ꝑ Crystal. 3s.

Camphor. gr. ij.

M. F. 3. div. in xij. p. a. S. Pulver alle 2 Stunden nach
eingenommenem Saft eins zu geben.

Quibus vicissim pharmacis, semper noctu Emulsiones sub-
stituendo, per quatuor continuaui dies, usque dum aestus fe-
brilis, tussis ac vomitus lenirentur. Effluxo hoc dierum spatio,
pulueris mutationem suscepit, et sulph. lycopodii lapid. ib.
cancr. exclusis, antimon. diaphoret. Croc. orient. nec non
sperm. coeti pondere proportionato praedictae substitui com-
positioni, vsque emulsionis noctu cestare iussi; loco cuius,
praedicto, Eccligma, subiunxi modo ac ordine, Agrypnia
quum adhuc dum infestaret infantes. De die autem loco Ec-
cligmatis Elixir quoddam e liq. min. anodyn. Hoffm. Ess. suc-
cini, Castoreique nec non Elix. Neriin. N. O. componendum
curauui, cuius usum vicissim cum pulueribus commutatis inter-

calandum preecepi; sicque per integrum morbi tractum, nisi symptomata quaedam inexpectata, instituti suaderent permutationem, procedendo re pro nata, continuauit utiliter, exoptatissima donec sequeretur sanitatis conditio.

§. LVII.

Quum autem Medici postulet munus officiosi morbi non modo causam extirpare radicibus, sed et protuberantia symptomata hoc exurgentia, causa antequam funditus posit tolli, pro iucundo aegrotantis compescere atque palliare leuamine; sic et ego celebris Willifisi¹⁾ ad imitationem, e spiritibus, camphorato aethereo, mastichino, ac castoreato, tertiam fuliginis spiritus partem his admiscendo, praeparanda subordinaria epithemata, quorum ita adstruxi viuum compositum, ut carbaseae duae his irrorentur adaptatae fasciae, unaque harum fronti, necessitas fin exigeret, una praecordiorum necteretur regioni, ex quo in aliquibus modo confestim modo tardius in nonnullis refrenabatur vomitus, capitisque dolores aut plane euauierunt^{m)} aut leniebantur maximopere; talique symptomata modo dira, morbi statim ingrauescentia, ad aegri solatium mitigabantur, quo tuisis atque conuulsionum cruciatus tolerari eo facilius posseint.

§. LVIII.

Itaque L. B. in debellando hocce morbi contagio a me communicatam fideliter meam traditamque hic habes methodum, cuius si placuerit vestigia sequi, nullum poenituisse te imi tamen vnuquam, pollicor. Meam etenim nunquam frustravit spem, sed remediorum hicce, semper ex voto successit vius. Enim vero, ex omnibus, epidemico hoc affectu castigatis, curaeque meae traditis, nullum, praeter fusionemⁿ⁾ trimestrem

1) Willifius Pharmac. rat. cap. 5.

m) Quae commoda, incommoda quaque camphorali vius praefitterit spiritus sub §. LIII. in notis Num. 2. prolixius a me allegata, inventum Benevolus Lector.

n) Quo cum conciliari axioma poterit practicum. Tussis epidemi-

ca conuulsua infantum, infra trimestre constitutos torquens, ut plurimum funesta est. Vid. Heinr. Meibomius de abscess. intern. nat. et const. item obseruat. Commerc. Liter. Phys. Techn. Med. Nor. de anno 1731.

mestrem fato cessisse, sed cunctos Propitio Deo reconvaluisse
infantes, religiose contestari possum. Neutquam enim Nu-
men abest ⁹⁾ si prudentiae practiceae et pietas medicationibus
consociatur, dum

⁹⁾ Nostrae sensus opinio est
sequens: Cum Deus sit substantia
perfectissima independens, absoluti-
ssimam omnia secundum sapientiam
suam numero, ponderem, et meniu-
ra, cetero ordine certo, voluit crea-
ta. Hinc cuncte vel simplicia per fe-
vel constructionis ratione, composi-
ta, quae inter Pharmaca reputanda,
virtute et efficacia dotavit propria,
quam iuxta, vi quadam, in corpo-
ra sibi subiecta agere, et effectum
viribus essentiaeque suae confor-
mem producere in his pollerent.
Haec autem non yltra summo, ter-
minos a Creatore ipsi innatos, id est:
non suae supra essentiae facultatem
agere potest vis, impossibilitas alias
perficere valeret. Si itaque a ma-
iori, cui quam resistere possit vis,
opprimatur mole, robur eius he-
bescit, patiturque inactionem. Qui-
bus ex sequitur: vt morbi quaelibet
causa, tolli in corpore quae de-
beat, viribus agentis Pharmaci con-
formis sit et adaequata. Medicina
ergo si quodam, aliis quod in-
strutum et praeditum est viribus,
remouenda quam quae quadrant
causae, depellendum ad morbum
vti velimus, immutatus morbi per-
sistet status, et symptomata exasper-
rabuntur; quod inter alia Empyri-
corum Medicatrorumque peruersa
praxis saepissime comprobatur. Ma-
le quippe scientia de medicamentorum
viribus hi imbuti, Sicariorum
quum adminicula, quae a Gehema

G 3. non nulli medicis. Fle-
ura sicut et herbae, obli-
gransante medicinice Morbittel
nuncupantur, relicta morbi et ac-
grotantis ratione in vsum trahant,
evidenter aegrorum perniciem in-
vite promouere coguntur. Et quam-
vis Leg. 7. de offic. praefid. tit. 18 ff.
fib. e blandiantur: euentum morta-
litatis Medico impurandum non esse;
Lepores attamen hi sua produnt ni-
da, cum legem iudaice hanc inter-
pretentur, cuius minime callent vi-
gorem, paulo quippe post clausula
est annexa: Si enim quid per im-
peritiam commiserit Medicus, im-
putari ei debet.) Porro mali si cau-
fa, medicamentorum viribus erit
maior, perdurabit nihilominus mor-
bus, ex pharmacorum efficacia, cau-
fae atrocitatem nisi vincere ac fu-
perare valuerit, aeger certo morie-
tur, etiam si aurum potabile, Pha-
laea Chymicorum et Philosophorum
Azoth, remedia tanquam electua
ac specifica administrarentur, et A-
pollo Aesculapius aut Hippocrates
consilii adiisterent ipsi. Quod ve-
ro secus fieret, si infinita medica-
mentum, morbi causae adaequatum
polleret vi, et praeditum esset effi-
cacia, quare bene cecinit Poeta:

Non est in medico semper re-
fueretur vt aeger
interdum docta plus yalet ar-
te malum.

Ex evidenter ergo si Medicus prin-
cipiis, clara demonstrare poterit con-
nexione, morbi causam, pharma-
coque huic tollendae apta, vires

iuxta

Flebitur iratus voce rogante Deus.
Nec rebus in humanis, quin ino praxi in medica vtile aliquid
et

iuxta et efficaciam norit subordinare praeditam, diuina non debet benedictio, porius sed fauebit ausis, Medicusque omni procul dubio depellet morbum, Dei quoiam ex instituto, rerum creaturarum leges secundum et facultates egit, tres licet aut quatuor caulfam qui morbi aut pharmacorum cognoverint inale indolem, Medici, arcana sua frustra aegro propinauerint antea ope. Quid et Hippocrates de loc. in Hom. n. 57. 58. corroborare animitur, ubi pronunciat: Medicamenta recta quae cum ratione administrantur, sine fortuna sanare morbos, alias enim ea quae non remedia, per fortunam sanarent: In ergo Medici modo sunt fortunati, qui recta ratione ad morbi indolem medicamina sua administrant, et infortunati qui fecerunt. At ego non nisi referuata quadam limitatione tenebris huic gentilitatis oppresio non adfipulari tenero effato, quin potius hos solummodo fortunatos dixerim Medicos, recta quibus ratione, naturae iuxta morbi indolem pharmaca administrantibus Diuinum benedixiter Numen. Haecce exemplo quodam proliata illustrabo agriculturae sacro ex codice notum est omnibus, Deum T. O. M. dilutii peracta periodo promissi benigilime Genes. VIII. vi. 22. quandiu mundi sistema perdurat, neque seges nec mesefis cessabit, scilicet: omnia si his subordinata requisita probe fuere obseruata. Quod si nunc iudicio absque discreto huic confidere

vellet veritati agricola, atque semina sua, cogita probe agri absque cuiusque bonitate, et sine necessaria huius cultura, terrae praeciparet mandare indistinctum, et triticum arvo vix secale nutriendum accommodata, hordeumque agro, aaenam haud semel producendam congruo, inferre cuperet, oleum fane perdidisset et operam, die licet nocte oraslet ardenter. Etenim Deus T. O. Mi. huic illius humo peculiarem fertilitatis modulum, suo cuique femini conuenientem (quod imperium nullum transgredi poterit creatum) benignissime largitus, ita: vt, post hoc, semen ex-voto Dei secundum institutum et benedictionem adpropriato fructu intrumento suo, extemplo que crescat et augeatur, deficiente autem eo, languescat semen, intereat atque occidatur, quippe per miracula nihil hodienum quicquam agere velit Deus, quandiu naturae leges ad finem acquirendum sufficiunt determinatum. Parum mode cum praxi clinica naturali res se habet: quod non solum medicatrix, illos qui medicinae sacraria attinunt manibus, sed et peruerlo imbutis praeiudicio cunctis, inexorabil acsi ex-sato praxi in Clinica, filium hominibus vitae pro arbitrio sive inconditionate semper abrumptente tragedi omnes orientur causis, prudentissima licet perspectissima, aegrotantis iuxta morbi que indolem, pharmacorumque efficaciam instans, egerit Medicus methodo, in aprem dictum velim.

Mi-

et salutiferum benedictione absque diuina peragi poterit, cum
soleant manum infestantibus fatis hebetari sensus hominum
atque obtundi, hinc ergo Ni Deus adfuerit viresque infuderit herbis
Nil vel Dictamus vel Panacea iuuat.

§. LIX.

Maximopere autem liberior aëris atmosphaericí tunc temporis inquinati inspiratio infantibus fuit funesta, dira licet symptomata propemodum sublata fuere. Aliqui etenim maxima ex parte in pristinum restituti, recidivam exinde nacti perlori ut antehac conditione oppresi male se habuerunt. Enim vero aegrotantium nonnullos, fuorum aut parentum ex tenacitate medicamentorum continuandum derelinquentes usum

Minime interim inficias in poterit: Deum omnipotentem easu quandoque in particulari, vel Vindicta ex iusta vel singulari ex gratia ad sanctissimae voluntatis suae nutum, dirigere ita et flectere, causas posse occasioales, ut contrarium votis respondeat effectus humanis, sicut aeger pedem, iam qui alterum habet in cymba Charontis, spem praeter omne denuo restitutur perfecte, alterque nec graui pressus morbo, athletico dotatus habitu, ex improuiso et praeter expectationem facta sua persoluat, de quo sacrificis in litteris notatu digna prostant exempla. 1. Regum XIV. v. 10-13. 2. Reg. I. v. 3. 4. et 16. 2 Reg. VIII. v. 9. 10. et 15. 2 Reg. XX. v. 1. ad 11. Eodem; ne prolatum citra necessitatem derelinquamus simile, cum agricultura est comparatum modo. Licit enim semina cuique speciei congruis inserta fuere terris, optimunque cuperint augmentum, protella attamen, aut aridura nimia,

vel fulguris igneus aether peruertere adeo segetes atque perturpare ex Dei nutu poterit, vt parua aut nulla succedat mensis: econtra fruges medio sere auctu tostas, revifiscare iterum per causas occasioales atque foecundare omnipotens adeo valet Numeri, vt citra expectationem repleant areae frugibus, quod et sacrae paginae pluribus testatum faciunt Deuteronom. XXVIII. v. 11. 12. et vers. 23. 24. Mich. c. VI. v. 13 et 15. Hoseae c. VIII. v. 7. Hagg. c. I. v. 6. Amos c. IV. v. 7 et 9.

P) Ouid. I. de arte v. 444.

q) Amm. Marcell. lib. 14.

r) Quanquam prudentum consensu Medicorum omnium medicina si optima, nulla vti medicina: hoc attamen axioma, mortis qui fulmina, praecoci ex imaginatione aut metu irrationali timent, delicatulis modo inculcandum, quum licet bene se habent, summaeque sobrietati indulgent atque temperantiae, nihilominus eapropter quotidie

aut a Medicorum castris ad medicastrorum casas transfugorum more¹⁾ celeri properantes pede, vel Diaeta vtentes perversa, ob Cantagii residuum imis adhuc infixum medullis vatemudinarios diu postmansisse, aut capitis vel anchoribus vel vario-

Nisi a Dignitate et Iustitia et Puncto iuri

lis

die urgente nulla necessitate deponerent pharmaca, siveque continuato ultra indigentiam yfu, naturae suae indolem medicamentorum ideo pertinunt appletione atque depravant bonam, vt salutariorum effectu, morbo deinceps ingruente destruantur. Talem Galli peruersum hominis statum loco e la Maladie imaginar appellatate confueruntur. Bene igitur quadrat illud Oueni:

Si tarde cupis esse senex, utarvis oportet vel modico medice, vel Medicco modice.

Sumta cibus tanquam laedit, medicina salutem, at sumptus prodest, vt medicina cibus.

Secus de vere aegrotantibus statendum, quibus pharmacorum scilicet iustus rationalisque yfus, salutaris est, eiusdem vero ultra indigentiam continuatus, pernicioſus dicendus abusus; ev'n conscientioso hac in re Medico fides habenda, ac cuilibet artifici in sua arte credendum sit.

(s) Medicum pallio equidem vili induitum, doctum attamen atque peritum qui elegerunt, huncque novo, simbriatis modo is splendeat, superbiatque vestimentis, sanitas quum exemplo pharmaciais respondere nolit, commutare fatigunt Medicos, hanc saepissime et repetunt mutationem, locoque docti prioris Medici, indoctum atque imperi-

sib

tum, cum huic peritiam atque experientiam non ex doctrina et sapientia sua, corporis verum et vestimentorum ex ornatu, aut vana amicorum fama, sinistre iudicant, accereri iubent, pessima experientur fatalia, quippe vt Cicero monet sub folido faepe palliolo sapientia occultetur. Nam vero peruersa subsequentis Medicis cura mox id sanitatis destruitur punctum, prior quod omni curauit refarciri studio, ingenio quam medicorum totidem sint, quot in ore figurez: et nisi malum in peius ruit, emendatam haud videant sanitatem, quin potius depravatum, quicquid cum Poeta applaudent sibi tales:

Sic est in medico, semper rejeuctur vt aegri.

Burfa, licet docta creuerit arte matum.

Hi sane phryges sero nimis sapiunt, cum mala per longas inualere moras, nec poenitendo unquam errorem emendare valebunt commissum, aequo cum pallida mors pulset pede corporis fabernum; sed mutationem medicorum male praemeditatam, ad vitae usque exitum deplorare adiunguntur. Confer, Palingenii Zodiacus pag. 1. in notis Prooeimii allegat. loc. cit.

) Vni, qui morbo curando, duos, tresue Medicos, aut Chirurgos totidem adhibent simul, aetate, doctrina et moribus maxime dispare, incertis fere iisdem fluctuant erroribus,

lis nothis compactis vulgo Stein Pocken, correptos, aut plane morti immolatos fuisse, expertus, testari non reformido. Sie pharmacopoei cuiusdam filiolus, ferme bimulus, ex aegrotantium numero, omnium qui grauisime cruciabatur, cuique convulsua sub tussi, sincerus e naribus extillabat sanguis, medicamentorum cum ulteriore fastidiret usum, liberioremque aliquoties haussisset aerem, propemodum licet restitutus tanta tussis convulsuac atroci correptus fuit recidua, ut vitae pendulum instare videretur; ast pro derperito habitus, reiterato selectorum medicaminum usu, atque vesicatorii in utraque applicatione sura, completam postmodum ad Dei gloriam diuina benedictione recuperauit salutem.

§. LX.

Itaque Lect. Ben. ingenii hunc et experientiae foerum, diu equidem conceptum, ast inter bellonae aerumnas maximis enatum doloribus, benigniori accipe vultu, et si quedam his in pagellis arriserint tibi aequi bonique, consule. Omnem eternam operam, laboremque compensatum aestimabo, quorundam modo dum sapientum merebor assensum ac Neotericorum

ali-

bus, et Cyclopis instar videntur excoecati, nec Poëtae prognosticon fero nimis impletum non sentiunt,

Nunquam crede mihi a morbo curabitur aeger

Si multis Medicis creditur
vna febris.

Profecto maxime hi sunt dolendi aegrotantes, Medicorum turba, sum, qua auertere conantur malum, pessime fibi consuientes. Inficias equidem iri nequit: plus videre oculos quam oculum, omnia quam non possimus omnes, modo Medicorum pluralitas eligatur prudenter; tales atque similis in consilium vocentur Medici, artis qui suae gnosti, rationales, experti, nec garruli

fint, Deumque timeant, vni vero horum apud aegrotum, cura in absoluenda, committatur directorium, ne multitudo Medicorum diffonantium perdat aegrotum, cum saluare velit. Vbi vero cum doctis, indocti, garruli ac imperiti Medici, simili ac inexpertes in consilium vocentur Chirurgi, pessime semper et in aegrotantis exitium, consiliorum cadet euentus, dum minime flocci pendendum disterium: Wo viel Kölche sind, da wird der Brey versalzen. Optime hi igitur peragunt, vni, qui fido, docto, experioque aegrum commendant Medico, a caeteris vero, res nisi ex voluntate succedere velit, meliora expectunt consilia.



aliquem ex his collegis fructum edocet, quicquid pallida etiam haec contra livoris agere velit tabes, cum iuxta Senecam: ^{v)} Pulchrum eminere fit inter illustris viros. aut siue Naso harillatur, ^{x)} superiore non paruas animo dat gloria vires et facunda facit pectora laudis amor. quandoque non sim gallinae filius albæ, sed villis tantummodo pullus, infelicibus natus ouis. Non enim nuda commenta atque Chimeras, sed veros potius rerum natura, experientiaque suffulitos adduxi hypotheses. Quantis vero aliqua ex parte a nonnullorum placitis Eclectorum, deflecterim semitam; nec扇iori attamen refractari doctrinae, nec perfictæ inhaere fronti cupio, sed doceri atque corrigi malo, cum instruente Catone lib. 4. laus sit aliquid scire, pudor vero, nil discere velle, me quippe non pudcat velle doceri, quae neficiam, modo Thessal mearum contrariam perspexero demonstrationem, non dente leonino, sed amicabili flatu prolatam, bene monente Plauto ^{y)}

Nec quisquam est tam ingenio duro, nec tam firmo pectore,

Quin ubi quisquam occasio sit, sibi faciat bene.

Comico alibi indigitante: ^{z)}

Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit quin, quae se scire credit, nesciat, et quae sibi putet prima, in experiendo repudiet.

Cum nec andabatrum more, nudas opiniorum fabulas ventilare, nec扇ioribus temere repugnare argumentis, columna suffulitis mathematica ausim, etenim ut Tomitanus docet Poeta ^{a)}

omnia grandior aetas

quae fugiamus habet; seris venit usus ab annis.

Sed

v) Senec. Octavia verf. 463.

x) Ouid. lib. 5. Trist. Eleg. 13.

y) Plaut. Asinæ. act. 5. sc. 2.

z) Terent. Adelph. act. 5. sc. 4.

a) Ouid. lib. 6. Metamorph.

Sed potius veritatis recto atque rationis tramite incedere maluerim. Et quanquam in nostro delicato et Aristarchis pleno seculo, Hipponaetæ ubique prostent iudicia, nec quicquam, decies quod non sit perpolitum, et quasi ex tripode dictum; orbi placeat praeiudicioſo; ſpe attamen indubitata frētor, forent tenuis hicce, et vili enatus fortuna, labor, musas inter exiguum minime, roget ore tremente cibum, quum Plini iunioris ex fententia ^{b)} nullum unquam scriptum adeo fuerit malum, vt non aliqua prodeſſet parte. Enim vero curiae mihi ſemper cordique fuit, illorum adſtipulari fententiae, qui ex mechanis geometricisque haustas veritates fontibus, inculcare aliis, ſpretisque nec rationis ac experientiae fulcris, in nullius iurare magistri verba fedulo adamant.

§. i LXI.

Scripto igitur huic ultra menſuram iam iam extenso, litore cum ſtent puppes colophonem imponam, coeleſti Natu-
rae Archiatro, Deo T. O. M. largitis hactenus pro viribus,
mente quas concipere potis ſum deuotissimas perſoluere grātes,
voto hoc addito ardentiſimo: velit Numen benigniſſimum pro
clementia ſua nullo aeuo exhaurienda, auſibus porro noſtris
gratioliſſime benedicere et medicaminum vires omniſpotentia
ſua hiſce insertas ſuſſulcire benigniſſime; Piorum quo non fo-
lum aegrotantium in Deum fides et fiducia magisque magis in-
crements exinde capiat et ſtabilietur, verum et perfracta impio-
rum temeritas, Stoico qua cuncta fato contingere et euenire
autumant, refrenetur, Deique prouidentiam atque benedictio-
nem penitus ſic omnes cognoscere diſcant. Quamuis autem
Poetae ex vaticinio

non facile emergant ^{c)}

quorum virtutibus obſtat, res angusta domi,
nec Principum in aulis profiteri medicinam augurer, forte atta-
men contentus mea viuam, adagii haud immemor: bene hunc
vixiſſe, latuit qui bene. Etenim vitam ſi Deus viresque confeſſerit

H 2

mihi,

b) Plin. jun. lib. 3. epift. 5.

c) Iuuenal. Satyr. 3. v. 164.



mihi, Lectoribusque nauseam nec procreasse hosce sentierim labores, facestante negotiorum pro otio, publicae in utilitatis commodum proferre impostorum plura non desistam, cum ⁴⁾ Seneca interim exclamando anchoram iactitans.

Stet, quicunque volet, Potens,
Aulae culmine lubrico,
me dulcis, faturet quies;
obscuro positus loco,
leni perfiruar otio.

Nullis nota Quiribus
aetas, per tacitum fluat.
Sic cum transierint mei,
nullo cum frepitu dies,
Plebeius moriar fenex.
Illi mors grauis incubat
qui notus nimis omnibus
Ignotus moritur sibi.

Tantum




01 A 6513



SC

VDB

WDTY





SCRVTINIVM
PHYSICO - MEDICVM
DE
TVSSI EPIDEMICA
INFANTVM CONVVL SIVA
ANNO MDCC LVII
IN DVCATV MEGAPOLITANO
F V R E N T E
RARIS PLANE ET SINGVLARIBVS OBSER-
VATA SYMPTOMATIBVS.
AVCTORE
C. G. GELLERO.
M. D. P. W.



ROSTOCHII,
APVD IO. CHRIST. KOPPIVM.

MDCC LXIII.